



## Chartvlarivm Ecclesiae Sancti Petri de by Ulysse Chevalier

---

The Project Gutenberg eBook of Chartvlarivm Ecclesiae Sancti Petri de

Bvrgo Valentiae Ordinis Sancti Avgvstini, by Ulysse Chevalier This eBook is for the use of anyone anywhere at no cost and with almost no restrictions whatsoever. You may copy it, give it away or re-use it under the terms of the Project Gutenberg License included with this eBook or online at [www.gutenberg.net](http://www.gutenberg.net)

Title: Chartvlarivm Ecclesiae Sancti Petri de Bvrgo Valentiae Ordinis Sancti Avgvstini

Author: Ulysse Chevalier

Release Date: April 8, 2005 [EBook #15582]

Language: Latin

Character set encoding: ISO-8859-1

\*\*\* START OF THIS PROJECT GUTENBERG EBOOK CHARTVLARIVM ECCLESIAE \*\*\*

---

Produced by Robert Connal and the Online Distributed Proofreading Team from images generously made available by gallica (Bibliothèque nationale de France) at <http://gallica.bnf.fr>.

---

SOCIÉTÉ D'ARCHÉOLOGIE DE LA DROME.

---

## CHARTVLARIVM

## ECCLESIAE

## SANCTI PETRI DE BVRGO

## VALENTIAE

## ORDINIS SANCTI AVGVSTINI.

Ex monumentis ineditis descripsit, prolegomenis & notis illustravit, indicibus auxit

C.-U.-J. CHEVALIER

S.C.E. diaconus.

---

## CHARTVLARIVM

## SANCTI PETRI DE BVRGO.

\* \* \* \* \*

## I.

*Carta de officio & dignitate Prioris Burgensis ecclesie.*[A]

PRIOR[1] primum comuni consilio canonicorum talis eligi debet, qui ecclesie & universe dispensationi totius communie idoneus habeatur. Deinde assensu abbatis in capitulo ab universo conventu voluntarie approbatus pompaticè in ecclesiam ductus, ad dexteram abbatis ab ipso abbate collocari debet; primus cantare, ultimus legere[2], curam universorum gerere. Si quid inhonestum aut emendandum fuerit, corrigere & emendare. Dum abbas non affuerit, clericos in choro communi consilio & voluntate canonicorum elevare, capiscolium & rectorem scholarum in capitulo consilio & voluntate canonicorum [pone]re. Primus de universis necessariis communie[3], intrinsecus sive extrinsecus respondere. Baiulum,[4] cellerarium[5] & omnem familiam providere & custodire, sacramenta in capitulo cum canonicis & procuratoribus capere, intus & extra curiose administrare; procuratores, sive dispensatores communie ceterarumque rerum consilio canonicorum disponere, claves commendare, iusticias & iudicia in capitulo pertractare, hac definire. Si vero prior defuerit, deliberacione & iudicio procuratorum aliorumque canonicorum iusticie & iudicia pertractanda hac definienda sunt, nisi tanta vel talis interveniat causa, que definiri non valeat. Tunc ad abbatem recurratur, ut in capitulo cum canonicis per ipsum diffiniatur. Prior in comutationibus sive in venditionibus ubique terciam partem sibi recipit, nisi in propriis ecclesie possessionibus [nec non] in condaminis[6], & in clauso[7], & in prato, & in devisio[8], & in feudis canonicorum. Prioris sunt domus & casamenta, a domo Giraldi Chaulet usque ad vallum [d]e las Torloicheiras, & tenementu[m Ga]landi & vinea de Ylice. Deficiente priore, omnia que prioratus sunt debent ad communiam canonicorum & mensam redire, unde accepta fuerunt. Prior in refectorio primus ad tintinnabulum sedet, solus comedit, duplicem capit cibum, in comestionibus carnum & piscium, exceptis volucris de quibus tercia pars ei minuitur. In consultis primus; *Benedicite* suum est; nichil de rebus ecclesiasticis sive communie sine canonicis vel procuratoribus agere habet, nisi forte grandis interveniat causa. Quicquid ad ecclesiam vel ad communiam attinet consilio canonicorum agendum est. Placita enim vicarie & negocia causarum hominum universe terre communie, a priore sive a procuratoribus cum canonicis in claustris pertractanda sunt. Lex communiter canonicorum est. In gatgeriis[9] quas communia acceperit, si quid venditionis vel commutationis evenerit totum communie erit.

Nos B. Ebredunensis Archiepiscopus[10], & P. succentor Parisiensis[11], oculata fide ista predicta vidimus in cartulario ecclesie Sancti Petri de Burgo, & legimus de verbo ad verbum[12].

[A] Transcription de l'original d'un extrait sans date du Cartulaire de Saint-Pierre du Bourg (voir *Notice paléographique* préliminaire), parchemin de 23 lignes. Le dos porte cet autre titre: *De dignitate & officio prioris*, avec cette note: *tamen nullam datam habet & parum valet*. Cette charte, comme l'insinue la souscription, a eu deux sceaux pendants sur double queue, dont il ne reste que les attaches.

[1] Dans les monastères, le *prieur* avait le premier rang après l'abbé, & gouvernait en son absence sous le titre de prieur *claustral*. Les *obédiences* ou membres d'une abbaye étaient sous l'autorité d'un prieur: il prenait le nom de *conventuel* quand il ne reconnaissait pas de supérieur; tel fut celui du Bourg de Valence après la transformation de l'abbaye en collégiale (voir *Notice historique* prélim.). Cet ancien statut règle ses obligations et ses droits.

[2] Dans la récitation de l'office canonial, c'est au plus digne du choeur d'entonner la première antienne & de lire la dernière leçon des nocturnes.

[3] Biens possédés en commun, dont le produit était affecté aux besoins de la communauté.

[4] *Bajulus*, économe, chargé de l'administration des biens.

[5] De *cella*, sommelier, pourvoyant au réfectoire.

[6] *Condamina*, terre directement exploitée par le seigneur.

[7] *Clausum*, enclos, ou terrain renfermé dans la clôture conventuelle.

[8] *Devisium*, anciennement *devèse*, pâturage réservé & défendu.

[9] *Gageria*, bien mobilier ou immeuble donné en nantissement au créancier (voir ch. III & IV).

[10] D'après son écriture, cette charte remonte à la fin du XII<sup>e</sup> siècle ou aux premières années du XIII<sup>e</sup>. A cette époque, les annales de l'église d'Embrun font mention des archevêques Bertrand I<sup>er</sup>, ancien chancelier de l'Université de Paris, successeur de Pierre III (CHORIER, *État polit. du Dauph.*, t. II; cf. [ALBERT], *Hist. ecclés. du dioc. d'Embrun*, t. II, p. 113, qui n'admet pas ces deux prélats), & Bernard II Chabert, massacré par les hérétiques en 1235 (Id., *ibid.*, & *Gallia Christiana nova*, t. III, col. 1076).

[11] On nommait *succenteur* celui qui dans les collégiales chantait après le précenteur (*primas cantor*). Dans la dernière moitié du XII<sup>e</sup> siècle vivait Pierre surnommé *cantor* (cf. PILLET, *Hist. de Gerberoy*, p. 343: *Petrus præcentor Parisien*. en 1185; DUPLESSIS, *Hist. de Meaux*, t. II, p. 81: *P. cantor Paris*. en 1195), chanoine de l'église de Paris, dont il refusa la dignité épiscopale, ainsi que celle de Tournay (*Annales Cisterc.*, t. III, p. 311); il mourut dans la solitude de Longmont en 1197 (*Gallia Christ. nova*, t. VII, p. 78), laissant comme principal titre littéraire: *Verbum abbreviatum* (OUDIN, *Comment. de Script. eccles.*, t. II, p. 1661).--Notons encore qu'un *Petrus cantor*, chanoine de Saint- Pierre du Bourg, figure en 1191 (ch. XI).

[12] Cet acte n'est point le seul extrait du Cartulaire de Saint-Pierre dont ces deux personnages attestèrent la teneur par l'apposition de leurs sceaux (voir ch. IX & XII).

\* \* \* \* \*

II. 27 janvier 1065.

[*Bulla privilegii Alexandri II papæ*][A].

(Habemus) Bullam Alexandri papæ II continentem quatuor capita in substantia effectualiter. Primum quidem, quod ipse papa ecclesiam Sancti Petri de Burgo sub defensione Sedis Apostolicæ recepit[1]. Secundum, quod omnia eidem ecclesiæ olim oblata seu offerenda, tam a Gontardo episcopo Valentia[2] quam etiam a suis prædecessoribus seu a quibuscunque fidelibus, confirmavit. Tertium, quod indebitas atque injustas consuetudines seu invasiones, quas ipse episcopus seu prædecessores sui fecerunt, omnino irritas & inutiles decrevit. Quartum, quod interdicit ut nulla persona dictam ecclesiam de his inquietet seu diminuat, indebitos atque nocuos mores imponat. Quod si aliquis attemptaverit & admonitus canonice emendare contempserit, sciat se autoritate apostolica excommunicatum. Datum Laterani, vj<sup>o</sup> kalendas februarii, pontificatus sui anno quarto [3].

[A] Analyse tirée de l'*Inventaire raisonné*, fol. 2 (*Cartulaire*, fol. CCV).

[1] Au moyen âge, il est peu d'établissements religieux en France qui n'aient obtenu d'être mis sous la protection du Saint-Siège: en quoi consistait ce privilège? Il ne sera pas inutile de l'indiquer au début de ces publications diplomatiques. Les bulles de privilèges accordées aux monastères par les papes les exemptaient de la juridiction épiscopale ordinaire & les soumettaient directement au Saint-Siège; elles avaient pour but de confirmer leurs dotations, d'empêcher leur spoliation & de prévenir leur relâchement. Des abbayes, sortirent les hommes les plus saints et les plus savants. Les plus anciennes bulles d'exemption datent du pape Hormisdas (THOMASSIN, *Vet. & nova Eccl. disciplina*, p. I, l. III, c. 30;--BIANCHI, *Dell' ester polizia della Chiesa*, t. IV, p. 360;--DU CHESNE, *Hist. Franc.*, t. I, p. 662;--UGHELLI, *Italia sac.*, t. IV, col. 955;--MABILLON, *Annal. Bened.*, t. I, p. 345, etc.). Les monastères de fondation royale avaient de droit cette prérogative (cf. MARCULFE, *Formular.*, lib. I, n. 1 & 2;--*Patrol. lat.*, t. CLXXXVII, col. 697). Mais, à partir du XII<sup>e</sup> siècle, les évêques contestèrent ces privilèges, devenus des obstacles à leur autorité & au gouvernement des paroisses, & querellèrent souvent les abbés à cet égard. La constitution *Inscrutabili* de Grégoire XV a déterminé le droit actuel *de exemptorum privilegiis & subjectione* (FERRARIS, *Biblioth. canonica*, etc., édit. Migne, 1861, t. VI, col. 1154).

[2] Gontard était de la famille des premiers comtes de Valentinois; fils de Hugues, il succéda sur le siège de Valence, d'après le P. ANSELME (*Hist. généal. & chronol. de la maison roy. de France*, t. II, p. 186), à son oncle l'évêque Pons, ou plutôt, d'après M. l'abbé ROUCHIER (*Hist. du Vivarais*, t. I, p. 429, n. 1), à son oncle Odon (I<sup>er</sup>), fils du comte Geilin II, omis par tous les catalogues). En résumant les travaux du P. COLUMBI (*De rebus gestis Valentin. & Diensium episcop.*, p. 17), de Mgr. DE CATELLAN (*Antiquités de l'égl. de Valence*, p. 225), des PP. RICHARD & GIRAUD (*Bibliothèque sacrée*, édit. 1826, t. 28), & de M. MARION (liste des évêques de Valence, dans l'*Annuaire de l'Histoire de France* pour 1851), nous trouvons que l'épiscopat de Gontard dura au plus de 1082 à 1100. Grâce au Cartulaire de Saint-Barnard de Romans, M. GIRAUD a pu (*Essai histor.*, I<sup>re</sup> part., *preuv.*, p. 45, n. 2) reculer de douze ans son avènement: outre qu'il nous le montre (ch. 119 & 181) administrateur de l'église de Vienne pendant la vacance en 1082, la charte 12 contient une convention qu'il fit avec l'archevêque Léger, c'est-à-dire au plus tard en 1070, année de la mort de ce dernier. Mais une charte du Cartulaire de Saint-Félix de Valence (inédit) va nous permettre de fixer cette époque d'une manière définitive: *Noverint ... quod anno Incarnationis Domini nostri Ihesu millesimo sexagesimo VI, anno III episcopatus Gontardi gratia Dei episcopi Valentini*; c'est donc en 1063 ou 1064 que Gontard a été élu évêque.--Relevons une erreur en finissant: M. TEULET (*Inventaires & documents des archives de l'Empire*, t. I, p. 41 a) assure que l'évêque de Valence qui assista à un contrat passé à Toulouse en 1118 se nommait Gontard & occupa ce siège de 1082 à 1134; disons seulement qu'Eustache était évêque de Valence dès 1111 (voir ch. VII, n. 5).

[3] Alexandre II fut couronné pape le I<sup>er</sup> oct. 1061 (JAFFÉ, *Reg. Pont. Rom.*, p. 390); il était encore à Latran le 16 avril 1065, jour où il délivra une bulle en faveur du monastère de Saint-Miniat de Florence, & le 17 qu'il en accorda une autre à celui de Saint-Pierre de Pérouse (*Patrol. lat.*, t. CLXVI, col. 1290).--Bien que la contexture & surtout la date de cette bulle ne semblent pas du XI<sup>e</sup> siècle, elle ne saurait être de ses

successeurs Alexandre III ou Alexandre IV, qui à l'époque correspondante de leur pontificat étaient, le premier (1163) à Tours (JAFFÉ, *ibid.*, p. 189) & le second (1258) à Viterbe (*Cartul. inéd. de Léoncel*).

\* \* \* \* \*

### III. 1160.

#### *Carta de gageria quam habet ecclesia de Burgo a Giraldo Bastet in portu de Burgo*[A]

EGO Odo Dei gracia Valentinus episcopus[1], per presentem cartam sigilli mei impressione signatam tam presentibus quam futuris notum facere dignum duxi, quod prior & canonici Sancti Petri de Burgo suam michi presenciam exhibentes, tum quibusdam scripturis tum testibus idoneis sufficienter coram me probaverunt, quod Giraudus Bastet[2] quicquid iuris in portu de Burgo habere videbatur, pro C.C.C.C. solidis Viennensis monete[3] pignori obligavit priori & canonicis eiusdem ecclesie presentibus & futuris; ita tamen quod quandocumque pignus huiusmodi sibi vel heredi suo fuerit redimendi facultas, postquam idem[4] canonici annualem censum omnino receperint & debite fortis plenam habuerint solutionem, ius proprietatis quod in eodem portu sibi congruere debet, libere & quiete ad eum redibit & eius vel heredis sui convertetur in usum. Preterea iuxta eiusdem pacti tenorem si forte idem canonici empcionis vel pignoris causa ab his qui in partem eiusdem Giraudi sub ipsius dominio predicti portus possessores existunt, quicquam poterint vindicare, prehabito tamen ipsius Gir. vel heredis sui consilio, libere & quiete sibi adquirere & possidere liceat; & cum idem pignus liberabitur quascumque in adquisicione rusticani iuris[5] eadem ecclesia expensas fecisse videbitur, cum debita forte plenarie recuperare debebit. Vt igitur ea que predicta sunt firma maneant & inconcussa, & ad quorumlibet calumniancium iniuriam coercedam si forte ibidem ab aliquo fuerit illata, quod idem Gir. pro posse suo se opponat ita tamen quod guerram vel expensas inde non faciat, ipse & Willelmus de Cruzol frater eius sub iuramento promiserunt; insuper & fideiussores & obsides constituti sunt Petrus Ugonis, Galbertus de Balfre cum ipsis; & si forte super hoc aliqua predictis canonicis ab aliquo inferretur iniuria unde adversus Gir. merito conqueri deberent, ad commonicionem prioris vel alicuius canonici infra Valenciam tamdiu obsidium sub iuramento tenere debent, donec de dampnis sibi illatis condigne sit satisfactum (*sic*). Si vero predictorum aliquem interim mori contigerit, eque idoneus obses vel fideiussor ad commonicionem prioris vel alicuius canonici de Burgo sine mora restitui debet. Quod ut fideliter observetur hec omnia laudavit Agnes uxor Gir. & fideiussores constituti sunt Willelmus Eustorgii, Guinisius de Castro Novo[6], Ar. de Castro Boc[7]. Testes sunt Falco prior, Siebodus, Petrus, Willelmus Aaugis, Boso, Vgo de Pairan, Willelmus de Alexiano. Eapropter supradictis testibus & eorumdem canonicorum scripturis ego plenam adhibens fidem, quod inter eos & ipsum Gir. contractum fuerat confirmavi & robur auctoritatis mee attribui. Facta sunt hec anno ab Incarnacione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> lx.

[A] Texte pris sur l'original, parchemin de 26 lignes, avec sceau de l'évêque Odon sur lemnisque de cuir. Au dos se trouve cet autre titre: *Debitum ecclesie Burgi contra Giraudum Basteti de IIII<sup>o</sup> sol. Vien. ex causa mutui facti anno M<sup>o</sup> Clx.* --& cette analyse: *Giraudus Basteti obligavit priori & canonicis Sancti Petri de Burgo Valentie totum jus quod habebat in portu Rodani pro CCCC. solidis quos habuit ab ecclesia; & donec solvisset dictos sol. debebant percipere censum pertinens sibi pro parte quam habebat in dicto portu.* -- Cette charte a été transcrite dans l'*Invent. rais.*, fol. 41, avec la cote n<sup>o</sup> 21.

[1] Odon ou Eudes de Chaponay, second évêque de ce nom (ch. II, n. 2, d'après le Cartulaire de Saint-Chaffre, p. 29), était fils de Gui (*Guido*) de Chaponay & d'Anne de Beaumont (COLUMBI, *Opuscula varia*, pp. 256 & 567 sqq.), & oncle de Guillaume de Crussol (ch. IV) & par conséquent de Giraud Bastet, son frère. D'après le P. COLUMBI, Odon, évêque vers 1154, l'était encore en 1188; M. MARION indique: *vers 1156--vers 1188*. Nous possédons treize chartes inédites de ce prélat: la plus ancienne est de 1158 & la dernière de 1185; nous prouverons (ch. IX, n. 3) que son successeur Falcon siégeait en 1187.--Le sceau d'Odon est à notre connaissance encore appendu à quatre titres; la légende est: [sigillum] ODO·VALENTINVS·EPISCOPVS.

[2] Le P. ANSELME (*Hist. généalog.*, etc., t. III, p. 702 sqq.) a donné une généalogie des seigneurs de

Crussol, qu'il ne fait pas remonter au-delà du XIII<sup>e</sup> siècle: le Cartulaire de Saint-Pierre du Bourg lui aurait permis d'y ajouter quelques degrés. Giraud (nommé par sobriquet) Bastet, dont la mère est qualifiée de vicomtesse (ch. IV), avait pour oncle l'évêque de Valence Odon, pour frère Guillaume de Crussol (ch. III & IV) & pour femme Agnès (ch. III). Il eut pour descendants Gui & Adalbert, qui apparaissent en 1209, (ch. XVI); Gui vivait encore vers 1224 (ch. XXXIII), & avait pour fils Giraud Bastet (I<sup>er</sup> du P. ANSELME) que nous voyons encore en 1233, 38 & 45; Adalbert, auquel son père avait donné ses droits sur le port du Bourg paraît en 1210, 14, 33 & 38. Nous ne pousserons pas plus loin ces détails généalogiques: heureux d'avoir fourni des titres authentiques à ceux qui voudront compléter ou reprendre l'histoire de cette famille (voir encore ch. IV, n. 1). Ses armes, que nous avons trouvées sur deux sceaux appendus à des chartes de 1233 & 1238, étaient: *fascé d'or & de sinople de six pièces*; la légende porte: [sigillum] S. GIRAUDI BASTET.--Le nom de *Bastet* se propagea aussi dans la maison de Crussol d'Uzès: le chevalier Pons Bastet, de cette famille, fit en 1190 partie de la troisième croisade; ses armes figurent sous le n<sup>o</sup> 9 des insertions supplémentaires de la galerie des Croisades du musée de Versailles: *de gueules à trois bandes d'or*.

[3] Il serait difficile d'apprécier la valeur actuelle de cette somme; rappelons seulement que la livre valait à cette époque 18 fr. 443<sup>m</sup> (table de DERNIS); le sou d'argent avait pour équivalent douze deniers & le sou d'or quarante; enfin, le denier était, deux siècles après Charlemagne, la 124<sup>e</sup> partie de la livre (ABOT DE BAZINGHEN, *Traité des monnoies*). Le sou d'or vaudrait, à ce compte, 6 fr. & celui d'argent 1 fr. 784<sup>m</sup>; les 400 sous dont il s'agit ici, supposés en monnaie d'or, vaudraient, à leur tour, 2400 fr.; somme qui paraît au-dessous de la valeur de la part du port donnée en nantissement à l'église du Bourg par Giraud Bastet. Nous trouvons la preuve de cette conjecture dans la charte XVI: le Chapitre en retirait alors 20 livres de revenu, soit, d'après la valeur de la livre à cette époque (ch. VI, n. 4), 393 fr. 44 c. En supposant le revenu du chapitre à peu près égal à l'intérêt de la somme engagée & l'argent prêté au denier vingt, ces 20 livres auraient valu en capital 7868 fr. 88 c., ce qui rend le sou d'or équivalent à 19 fr. 672<sup>m</sup>, valeur intrinsèque qu'il est nécessaire de multiplier par le *pouvoir* de l'argent, pour en connaître la valeur relative à notre époque.--Voir sur la numismatique des archevêques de Vienne: FAURIS DE SAINT-VINCENS, *Mémoire sur les monnoies qui ont eu cours en Provence*;--TOBIESEN-DUBY, *Traité des monnoies des prélats & des barons*, t. I, p. 1;--*Mémoires de l'Académie des Inscript. & Belles-Lettres*, t. XV, p. 482;--L. FOULQUES, *Essai sur l'art monétaire & sur l'origine des hôtels des monnaies de Lyon, Macon & Vienne*, 1837;--G. DI SAN QUINTINO, *Monete del X<sup>o</sup> e del XI<sup>o</sup> secolo scoperte nei dintorni di Roma*; Torino, 1846, p. 20;--*Dictionn. de Numismatique & de Sigillographie religieuses*; Paris, Migne, 1852, col. 1428;--H. MORIN, *Numismatique féodale du Dauphinè*; Paris, 1854, in-4<sup>o</sup>, pp. 1-38, pl. I-IV & XXIII, n. 1;--POEY D'AVANT, *Monnaies féodales de la France*, 3 vol. in-4<sup>o</sup>, 1858-1862, t. III, pp. 39-47;--*Bulletin de la Société*, Ire an., p. 230.

[4] Contraction pour *iidem*.

[5] Le *Lexicon manuale ad script. mediæ & inf. latinitatis ex glossariis Car. Dufresne-Ducangii, Carpentarii, Adelungii & aliorum*, Paris, 1858, grand in-8<sup>o</sup>, ne fait pas mention de cette acception du mot *jus*. Elle s'applique au liv. III, tit. XLIX, *De immunitate ecclesiarum*, etc., chap. 3<sup>e</sup> des Décrétales de Grégoire IX (*Corpus iuris canonici*, ed. I. Hen. Boehmer, Halæ Magdeb., 1747, in-4<sup>o</sup>, t. II, col. 617), relatif au droit de chaque église sur les colons de ses terres.

[6] La famille de Châteauneuf-d'Isère (voir ch. XIII, n. 2) fut la bienfaitrice de tous les établissements religieux des environs.

[7] Châteaubourg, en Vivarais (voir ch. XIII, n. 4).

\* \* \* \* \*

*Carta de gageria quam habet ecclesia de Burgo a Willelmo de Cruzol in portu. de Burgo*[A].

EGO Willelmus de Cruzol[1], cum necessitas mea creditorum suffragium me cogeret implorare, urgenti necessitati mee consulere volens, quicquid iuris habere videbar in portu de Burgo, prehabita consilii deliberacione, pro D. C. solidis[2] Viennensis monete domno Falconi priori de Burgo & ceteris eiusdem loci canonicis presentibus & futuris, cum matris mee vicecomitis consilio & assensu, pignori obligavi: ita tamen quod quandocumque pignus huiusmodi fuerit michi vel heredi meo redimendi facultas, postquam idem canonici annualem censum cum integritate receperint & debite sortis plenariam solutionem habuerint, ius proprietatis quod in eodem portu ad me spectare dinoscitur, libere & quiete meos vel heredis mei redigatur in usus. Si vero predicta moneta tunc temporis videretur aliquatenus deteriorata, de pacto talem sibi teneor facere recompensationem quod ecclesia predicta indemnis per omnia conservetur. Preterea taliter inter nos ego & ipsi convenimus, ut si forte ab his qui nomine meo ibidem possessores existunt, emptionis vel pignoris causa, bona fide & iusto titulo eam quam ibidem partem habere videntur, eadem ecclesia poterit adhipisci, prehabito tamen mecum vel cum herede meo consilio, sibi vindicare liceat & possidere; & cum idem liberabitur pignus, quascumque in adquisicione rustici iuris expensas idem canonici fecisse noscuntur, cum debita sorte plenarie recuperare debebunt, Vt igitur ea que predicta sunt a me fideliter & efficaciter observentur, & si forte calumnia vel iniuria aliqua super hoc ab aliquo sibi illata fuerit, quod sine guerre & expensarum incommodo me pro posse meo opponam, sub iuramento ego & Ar. de Aj & Oliverius de Montaisone promisimus & obsides & fideiussores nos inde constituimus; ita tamen quod quandocumque idem canonici de illata super hoc sibi iniuria merito conqueri poterint, nos infra castrum de Cruzol tamdiu obsidium tenere debemus donec condigne sibi sit satisfactum. Ad maiorem huius rei constanciam domnum Odonem Valentinum episcopum avunculum meum, in cuius presencia hec omnia facta noscuntur, fideiussorem constitui, quem instanter rogavi quatenus sigilli sui munimine presentem cartam corroboraret. Item obsides & fideiussores constitui Guenisium de Castro Novo, Vgonem d' Aj, Bo. de Bolzanis, Vmber. de Castro Novo, Vmber. de Castro Boc, Ar. de Castro Boc, sub tali scilicet condicione quod si quis de predictis obses vel fideiussor interim decesserit, ad commonicionem prioris vel alicuius canonici de Burgo eque idoneus infra mensem sibi restituatur. Facta sunt hec anno ab Incarnacione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> lx<sup>o</sup> ij<sup>o</sup>.

[A] Texte tiré de l'original, parchemin de 24 lig., portant sur le dos cet autre titre: *Debitum ecclesie Burgi contra Guillelmum de Cruceolo de v<sup>o</sup> sol. Vien. causa mutui facti anno m<sup>o</sup> clxij*; avec cette analyse: *Willelmus de Cruzol pro sua necessitate tradidit in gageriam sive in pignus domno Falconi priori & ceteris canonicis Sancti Petri totum jus quod habebat in portu Rodani pro v<sup>o</sup> sol. solidis monete Vienn. tenendi & annuatim percipiendi fructus dicti juris donec redimeret vel ejus heredes illud jus quod habebat in dicto portu.*

[1] Guillaume de Crussol était frère de Giraud Bastet (ch. III, n. 2). Un autre Guillaume (son fils ou petit-fils) paraît en 1210 (ch. XVII); sa femme s'appelait Vassalde (ch. XXI); ils avaient un fils Rainaud & une fille dont on ne sait pas le nom (*ibid.*). Un Guillaume de Crussol figure encore comme témoin en 1238 (ch. XXXVI), etc.

[2] Ces 600 sous en or auraient valu (ch. III, n. 4) à cette époque 3600 fr.; en 1210 la portion du port pour laquelle elle avait été engagée rapportait 30 livres Viennoise de revenu, soit 590 fr. 16 c., ou un capital de 11803 fr. 20 c.

\* \* \* \* \*

V. 1164-82.

*De protectione Odonis episcopi*[A].

ODO Dei gracia Valentinus dictus episcopus, karissimo in Xpisto & venerabili filio suo Guigoni Sancti Petri de Burgo reverendo priori & ceteris eiusdem ecclesie canonicis presentibus & futuris, in perpetuum. Cum

omnibus ecclesiis iurisdictioni nostre subiectis ex officio nobis iniuncto iura sua tueri & integra conservare & earum paci & tranquillitati in posterum providere debeamus, specialiter eas fovere & earundem utilitatibus & incrementis totis nos providere viribus oportet, que digniores Deo inter ceteras exhibent famulatus, & nobis specialius adherere noscuntur, Eapropter, dilecti in Domino filii, utilitati & paci vestre in posterum providentes, quecumque predia, quascumque possessiones sive redditus, nomine emcionis vel pignoris, seu fidelium beneficiis vel quibuslibet aliis modis, ecclesia vestra tam per se quam per alios inpresenciarum iuste & quiete tenere vel possidere videtur, vel in futurum Deo propicio canonice poterit adhipisci, nos illa qua fungimur auctoritate confirmamus vobis & in perpetuum vestris usibus profutura concedimus. Addicientes quod si qua secularis persona eadem bona sive res vestras vobis auferre vel diminuere, vel vobis invitis contrectare vel turbare presumpserit, secundo terciove commonita si ab iniuria desistere noluerit & super illatis dampnis eidem ecclesie non satisfecerit, Omnipotentis Dei & ecclesie Valentine & nostram indignacionem incurrat, & a sacra communione Corporis & Sanguinis Domini, dum in sua nequicia perseveraverit, prorsus alienus existat. Cunctis (*sic*) autem ibidem iura sua servantibus sit pax & iretributio a Deo in eternum & in seculum seculi. Amen.--Hec autem volumus firmiter observari, salva tamen reverencia & auctoritate pontificali[1].

[A] Transcription de l'original, parchemin de 17 lig.; sur le dos nous lisons ce titre plus détaillé: *Confirmatio domni Odonis episcopi Valentini facta ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie de omnibus prediis, possessionibus & redditibus aquisitis per dictam ecclesiam & etiam atquirendis*,--& cette note: *Ecce tempore multo post istam habuimus quamdam aliam amplioem confirmationem per d. Humbertum episcopum Valen. & d. Humbertum archiepiscopum Vien. factam anno m<sup>{o}</sup> ccx, mense septembri* (voir ch. XIX). Cette pièce est encore analysée f<sup>{o}</sup> 5 v<sup>{o}</sup> de l'*Invent. rais.* & f<sup>{o}</sup> 5 v<sup>{o}</sup> de son *Extrait*.

[1] Cette charte-privilège est remarquable par la ressemblance qu'elle affecte avec les grandes bulles des papes; la dernière phrase, d'une écriture différente, devait être suivie de la date & de la souscription.

\* \* \* \* \*

VI. 1183.

[*Carta de permutatione ecclesie Burgi cum Eustachio præposito Valentie*][A].

(Habemus unum) instrumentum sive cartam continentem permutationem quam ecclesia Burgi fecit cum Heustachio felicis recordationis præposito Valentie[1], ex qua ecclesia est multum augmentata in redditibus, cum dominio & decimis de Marisco[2], & quod ultra est de candellis & avena exonerata. Data sub anno Domini M<sup>{o}</sup> clxxxij<sup>{o}</sup>. Cujusquidem instrumenti seu cartæ tenor in effectu talis est:

Et primo sequuntur illa quæ idem præpositus dedit ecclesie ac perpetuo concessit.--In primis siquidem candelas quas ecclesia solet præposito administrare; item avenam censualem quam percipiebat in mansis qui dabantur ad plantandum vineas.--Item super Sazie vinea sita in montata[3]: iij solidos[4], vj barralia vini censualia.--Item super tenemento Petri Vitelli[5]: xij denarios census.--Item super tenemento Balborum[6]: ij panes, ij capones, j gallinam census.--Item super tenemento hominum qui dicuntur Romeracii[7]: ij panes, ij capones, j gallinam census.--Item super tenemento sito circa claustrum ecclesie ab oriente & ab austro a parte curerie usque ad portam claustrum, cum dominio & bajulatione, videlicet xvij den., iij sestaria avenæ, j sestarium ordeï census.--Item concessit ut panes hominum infra hoc spacium habitantium coquantur in furno ecclesie.--Item idem præpositus dedit ecclesie omne dominium quod habebat in domo, casali & ij[8] ortis juxta plateam publicam curerie, duo fossata cum congregatione aquarum in eisdem fossatis.--Item totum jus & dominium quod habebat in tenemento fratrum Templi[9] juxta tenementum Joannis Glaudus.--Item remisit ecclesie decimas de Marisco.--Item jurisdictionem quam habebat in homicidis, traditoribus, adulteris, perjuris & in illis qui de crimine perduellionis convinciebantur hominibus ipsius ecclesie.--Item omne jus & dominium quod habebat in hominibus ecclesie cum omnibus eorum bonis tam in vita quam in morte, & pariter in domo nomine tenus pauperum quæ Helemosinaria[10] dicitur.--Item licitum est tam hominibus



ecclesiae quam praepositi se transferre de una terra ad[11] aliam, sed tamen spectabunt ad dominium cuius terram inhabitabunt versa vice.

Et versa vice haec sunt quae ecclesia Burgi remisit eidem praeposito temporibus perpetuis.--Et primo tenementa quae habebat in vico ab alveo cureriae usque ad domum Confratriae[12], quae reddunt annis singulis videlicet ix solidos, v denarios censuales.--Item domum, tertiam partem molendini ad arcus condam dicti molendini[13] Sancti Maximi & unum mansum apud Avoyanum[14].--Item in vico Ferrateriae[15] Valentiae: v[16] solidos censuales.--Haec omnia Bozonus vicarius[17] tradiderat de pignore eidem ecclesiae pro xxx marcis argenti[18] & decem libris.--Item ecclesia praeter haec dedit eidem praeposito semel tantum  $iii\frac{1}{2}$  1 solidos.

Sane Heustachius praefatus supradictis concessionibus adjecit se plenarie laudasse & quicquid praedecessores sui sive episcopi Valentiae nomine donationis, permutationis, conventionis sive quolibet alio modo cum ecclesia Sancti Petri contraxerint approbasse.

[A] Cette charte ne nous a été conservée qu'en analyse par l'*Invent. rais.* f<sup>o</sup> 3 & son *Extrait* f<sup>o</sup> 5. Nous donnons les variantes de ce dernier; le ch. XIX en offre un fragment considérable qui semble textuel.

[1] Voir, sur ce bienfaiteur du Bourg & sur ses prédécesseurs dans la prévôté de Valence et l'abbaye de Saint-Pierre, la *Notice historiq.* prélim.

[2] L'*Invent. rais.* donne la version vicieuse de *Marista* (voir ch. XIX, etc.).--Il y avait à Loriol un prieuré de Saint-Martin de *Marisco*; à Charpey, une église de Saint-Didier de Maresio, & des quartiers dits *du Marais* à Alixan & à Montelier.

[3] Var. *Montana*; on trouvera ailleurs *Montaa: de mons*, montagne. La haute Montée est le quartier de Pomaret; le coin de la Montée, Saint-Barthélemy, & le coin de la Montée Sur le Fiol, la Tourtelle.

[4] La livre d'argent valait sous Philippe-Auguste 19 fr.  $643^m$  (table de DERNIS), & en conséquence le sou  $0,982^m$  & le denier  $0,081^m$ .

[5] Var. *Vitalli*.

[6] Var. *Balborii*.

[7] Var. *Romerani*.

[8] Var. *in*.

[9] Les chevaliers du Temple (*fratres Templi Salomonis*) ont laissé peu de traces de leur établissement à Valence; nous savons qu'ils y possédaient une commanderie sous le titre de saint Émilien: Ponce Willelmi en était procureur en 1197. Nous donnerons les quelques titres que nous avons recueillis sur cette maison en *appendice* avec ceux des Hospitaliers de Valence & du prieuré de Bonlieu, fondé par Véronique comtesse de Marsanne, & enrichi par le prévôt Eustache, son fils (voir *Notice* prélim.).

[10] Cet établissement de charité est le plus ancien de Valence dont les titres nous aient donné connaissance: le Cartulaire du Bourg en fait plusieurs fois mention sous diverses dénominations (voir l'*Index locorum*), & nous fournit la preuve qu'il était sur le territoire & de la dépendance du chapitre de Saint-Pierre.

[11] Var. *in*.

[12] Confrérie religieuse, appelée dans la ch. XIX *confraternitas*, dont on ne connaît pas autrement

l'existence; elle possédait une maison dans le Bourg.

[13] Var. *quod dicitur molendinum....*

[14] *Avoyan*, aux Chanalets.

[15] Var. *Ferretariae*, rue des forgerons ou taillandiers.

[16] Var. *sex*.

[17] Le Cartulaire du Bourg & d'autres documents nous ont fourni les noms de plusieurs des vicaires ou viguiers de l'évêché de Valence.

[18] Le marc d'argent ou moitié de la livre de 16 onces (0,24475 kilog.) avait une valeur intrinsèque de 54 fr. 383<sup>m</sup> (cf. ch. III, n. 4).

\* \* \* \* \*

VII 1183.

[*Carta de confirmatione Odonis episcopi Valentini*][A].

Plane Odo episcopus Valentiae, assensu Capituli Valentiae, laudavit & confirmavit quancumque donationem, permutationem & conventionem quas fecit eidem ecclesiae, sive quencumque contractum quem cum eadem visus est habuisse. Adjiciens etiam quod quaecumque praedecessores fui episcopi, Guigo[1], Lambertus[2], Humbertus[3], Gontardus[4], Heustachius[5] Bernardus[6], & praepositi Valentiae eisdem episcopis contemporanei, videlicet Gentio[7], Arnaldus, Guilhermus & alius Guilhermus, tam in ecclesiis quam in quibuscumque redditibus vel possessionibus, sive quibuslibet aliis modis sub praetextu donationis, permutationis vel alicujus contractus dictae ecclesiae concesserunt. Etiam quicquid Bernardus patriarcha Antiochenus[8] de consuetudine terrae Sancti Petri attestatus est, sicut in ejus cartulario continetur, eidem ecclesiae; perpetuo laudavit & confirmavit.

Hoc instrumentum seu carta sigillata (est) sigillis ipsorum dominorum episcopi & praepositi ac etiam Capituli Valentiae, sub anno Domini M<sup>o</sup> clxxxiiij<sup>o</sup>.

[A] Charte dont nous n'avons également qu'une analyse fournie par *l'Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 4 (*Cartul.*, f<sup>o</sup> CC) & *l'Extrait*, f<sup>o</sup> 5.

[1] Gui (*Guido*), prévôt du Puy, était évêque de Valence en 993 (LABBE, *Biblioth. mss.*, t. II;--cf. COLUMBI, *Opusc. var.*, p. 252). Le Cartulaire de Saint-Barnard (ch. XI, déjà insérée par D. MARTÈNE dans son *Thes. nov. anecdot.*, t. IV, p. 75) nous le montre en 994 autorisant par sa présence la confirmation des privilèges de l'abbaye de Romans par l'archevêque de Vienne Thibaud.--Guigues (*Guigo* ou *Vuido*) reçut en 1016 du pape Benoît VIII une lettre mise au jour par DUCHESNE (*Script. rer. Franc.*, t. IV, p. 169) & réimprimée dans la *Patrolog. lat.* (t. CXXXIX. col. 1691); il assista en 1025 au concile d'Anse (LABBE, *Concil.*, t. IX, c. 859).

[2] L'évêque Lambert, frère du comte Aimar (de Valentinois), donna, le 14 mars 1011 (1012 n. st.), le lieu de Saint-Victor près de Valence aux Bénédictins de Saint-Chaffre (*Cartul.* inéd. de cette abbaye, liv, III, p. 24; cf. COLUMBI, *ibid.*)

[3] La *Bibliothèque sacrée* & M. MARION, fondés sur l'ancien *Gallia Christiana* (t. II, col. 1111), parlent d'un Humbert I<sup>er</sup> fils de Gui, comte d'Albon, évêque en 991, qui, d'après CATELLAN (p. 217), ne serait autre que Lambert qui précède.--D'après COLUMBI (*ibid.*, p. 253), Humbert II succéda à Guigues en 1025 &

alla à Rome en 1027.

[4] Voir sur l'évêque Gontard, ch. II, n. 2.

[5] Eustache, chanoine du Puy, fut élevé sur le siège de Valence en 1111 (ODON DE GISSEY, *Discours historique de la très-anc. dévotion de N.D. du Puy en Velay*; Lyon, 1620, in-12, liv. X, ch. i3). En 1134 il assista à l'absolution du dauphin Guigues par le légat Hugues (*Cartul. de Saint-Barnard*, ch. 285, déjà publiée par D. MARTÈNE, *Thes. nov. anecdot.*, t. I, p. 380;--cf. COLUMBI, *Opusc. var.*, p. 253). La lettre que lui adresse l'abbé de Clairvaux (S. BERNARDI *epist.*, 185) produisit-elle son effet? il donna, comme évêque & comte de Valence, exemption des droits de leyde à l'abbaye de Léoncel, fondée en 1137. Il eut pour successeur Saint Jean I<sup>er</sup>.

[6] Bernard, placé communément en 1154, confirma les privilèges accordés par ses prédécesseurs aux moines de Léoncel, par une charte sans date (COLUMBI. *Opusc. var.*, p. 256).

[7] Var. *Gerutio*.

[8] Bernard, natif de Valence en Dauphiné, fut d'abord chapelain de l'évêque du Puy Adhémar, dis de Monteil, frère de Lambert-François de Royans (*Cartul. de Saint-Barnard*, ch. 169), légat du pape à la première croisade: nommé à l'évêché d'Arthasie en Syrie (non Arta en Épire, comme le dit CATALLAN, *op. cit.*, p. 232); il fut transféré, au mois de juin 1100, au siège patriarcal d'Antioche qu'il occupa 36 ans, & mourut l'an 1135 (*Art de vérifier les dates*, édit. Migne. col. 583).

\* \* \* \* \*

VIII. 1184-7.

[*Carta Eustachii præpositi Valentiaë*][A].

Item (habemus) quandam aliam cartam incipientem: Ego Heustachius, & finientem: munivit; nullamque datam habentem, partim continentem sine alia re contenta in carta supra proxime mentionata[1].

[A] Extrait tiré de *l'Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 4 v<sup>o</sup> (*Cartul.*, f<sup>o</sup> CCI).

[1] Voir ch. VI.

\* \* \* \* \*

IX. 1188.

[*Carta de donacione et confirmatione Eustachii*][A].

(Habemus) quandam cartam seu instrumentum continentem donationem & deinde confirmationem quas fecit ecclesie præfatus Heustachius præpositus & abbas inclytæ recordationis, ultra alia contenta in altera carta supra proxime mentionata.

Primo dedit tenementum Bozonis de Burgo, quod idem præpositus acquisierat de suo amendo ab heredibus ipsius Bozonis, feudatariis suis & etiam omne jus & dominium quod in eodem tenemento habebat.--Item omne jus & dominium quod habebat a dicta domo Bozonis usque ad furnum abbatis, ut claudit cymiterium parte occidentali, & a furno parte orientali terminatum ante portam ecclesie.--Item ecclesiam Sancti Apollinaris[1] una cum dominio sitam juxta Rodanum cum suis pertinentiis.--Item ut liceat canonicis vendere bannum[2] duobus mensibus julio & augusto.--Item si quid hactenus ecclesia habuerit a feudatariis ipsius

præpositi confirmavit.--Item & si quid in futurum ab eisdem adquisierit, aut ipsi Deo inspirante aliquid ecclesiae dederint, autorizavit ad licentiam retinendi vel saltem post appellationem suam infra duorum annorum spatium vendendi.

Verum hanc cartam sive donationem Falco episcopus Valentiae[3] & etiam idem præpositus per impressionem sigillorum suorum confirmaverunt, anno M<sup>o</sup> clxxxviiij<sup>o</sup>.

[A] Extrait tiré de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 5 (*Cartul.*, f<sup>o</sup> CCII); il est suivi de l'indication suivante:

Est autem verum quod Ecclesia habet unam copiam hujus cartæ sub sigillis B. Archiepiscopi Ebredunensis & P. succentoris Parisiensis[4].

[1] Cette église, située près et au-delà du Rhône (ch. XIII) en Vivarais, était primitivement du fief de l'abbé du Bourg. Ponce Galatei, qui la détenait injustement, la restitua à l'église de Saint-Pierre de son propre mouvement, *de judicio anime sue* (ch. XIX).

[2] *Banvin*, privilège du seigneur du fief de vendre son vin privativement à tout autre.

[3] Les historiens de l'église de Valence font partir de 1189 le pontificat de Falcon ou Falques, & mettent sa mort le 2 janvier 1199, d'après le nécrologe de Saint-Ruf: ces deux dates sont inexactes. Nous possédons une dizaine de chartes inédites de cet évêque, outre celles où il ne figure que par l'apposition de son sceau: sur ce nombre trois sont de l'année 1188, *secundo anno pontificatus ipsius*, dit l'une d'elles; 1197 était la dixième: son élection date donc de 1187. D'autre part, M. GIRAUD a publié en *facsimile* (*Essai histor.*, 1<sup>re</sup> p., p. 236) une charte de cet évêque datée du 3 des calendes de février 1199 (30 janvier 1200, n. st.), *XI<sup>o</sup> anno pontificatus ipsius*: en aucun cas il ne peut être mort le 2 janvier 1199.

[4] Voir ch. I, n. 10 & 11.

\* \* \* \* \*

X. 28 décembre 1189.

[*Bulla confirmationis Clementis III papæ*][A].

(Habemus) Bullam Clementis papæ III confirmantem omnia in dicta bulla Alexandri papæ II[1] contenta, adjiciens etiam istam clausulam de sepulturis, inquiens:

PROHIBEMUS etiam ne parrochianos vestros quisquam ad sepulturam seu conversionem, nisi salvo iure ecclesie vestre, recipere audeat aut retinere[2].

Decrevit ergo ut si quis hoc infringerit, indignationem Dei & beatorum Apostolorum Petri & Pauli ejusque se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, V<sup>o</sup> kalendas januarii, pontificatus sui anno iij<sup>o</sup>[3].

[A] Analyse & extrait tirés de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 2 v<sup>o</sup> (*Cartul.*, f<sup>o</sup> CCV).

[1] Voir ch. II.

[2] Le pape confirme à l'église du Bourg deux anciens droits. Tous les fidèles ont la faculté de choisir le lieu de leur sépulture (*Decretal. Greg.*, lib. III, tit. XXVIII, *de sepulturis*, cap. I sqq.: *Corp. Iur. can.*, t. II, col. 510); mais il est juste que celui qui veut être enterré hors de sa paroisse acquitte la dette de reconnaissance qu'il a contractée envers l'église qui a pris soin spirituel de lui: c'est ce qu'on appelle la *quarte funéraire* ou

*canonique (ibid., cap. 8, ubi supra, c. 513). D'autre part: qui convertitur ad monasterium medietatem bonorum quæ pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesie parochiali (ibid. cap. 2, summ., c. 511).*

[3] Clément III fut élu pape à Pise le 19 déc. 1187, & sacré le lendemain. Nous le trouvons au palais de Latran le 25 nov. 1189 & le 6 février 1190.

\* \* \* \* \*

XI. 1191.

*De compositione facta inter ecclesiam Sancti Petri de Burgo et domum sancti Sepulcri[A].*

NOTUM fit presentibus ac posteris ad quorum notitiam presens scriptura pervenerit, quod orta fuerat controversia inter canonicos ecclesie Sancti Petri de Burgo & fratres Hospitalis sancti Sepulcri[1], pro eo quod Burgenses canonici habebant parrochianos & parrochialia[2] in domibus que sunt ante domum Hospitalis & in conductitia eiusdem hospitalis familia[3]: que utique ad plenum habere non poterant. Hinc erat quod pro parrochianis & parrochialibus sepe emergebant calumpnie, sepe oriebantur contentiones & rixe inter Burgenses canonicos & fratres Hospitalis. Vnde ad pacis & concordie stabilem firmitatem habendam in posteros, & ne discordie seminarium iam exorte de festuca truncum adduceret, omnis hec controversia per manum domni Falconis Valentini episcopi, assistentibus sibi Lamberto decano & Eldenone Valentino canonico, amicabile compositione in hunc modum terminata est. Guigo de Sancto Romano Burgensis ecclesie prior & ceteri eiusdem ecclesie canonici, Petrus cantor, Rico de Stella, Desiderius Penchenatz, Willelmus d'Aleisa, Latgerius, Petrus de Montilasio, Umbertus de Belregart, Durantus de Torno, Chatbertus de Cozau, laudaverunt, donaverunt & in perpetuum concesserunt dicti (*sic*) fratribus Hospitalis ius parrochiale, exceptis decimis in territorio del Muret[4], prout clauditur cimiterio Hospitalis & via Romanensi, & via que est super molendinum d'Arcs, & via ab aquilone que ex transverso respondet istis duabus viis. Hoc tamen scito quod Burgenses canonici in pretaxato loco, scilicet del Muret, retinent sibi omnem censum & decimas &, omne ius domini quod ibidem antea habebant, prout habent in ceteris ecclesie sue rebus, excepto in olchia que est iuxta cimiterium Hospitalis, que se habet ad III<sup>o</sup> {or} sextariatas terre, & excepto loco in quo erant domus ante domum Hospitalis, sicut clauditur via publica turre d'Aionis[5] & via que ducit ad fontem Sancti Petri usque ad alveum: ibi enim non habebat ecclesia Sancti Petri censum nec decimas nec aliquod dominium, nisi ius parrochiale tantum quod plenarie dedit ecclesia Sancti Petri Hospitali. Donant etiam Burgenses canonici & in perpetuum concedunt fratribus Hospitalis sancti Sepulcri, ut eorum capellanus qui in omnibus festis in quibus signa pulsantur dupliciter, in choro Burgensi censualiter matutinali officio & misse maiori interesse debebat, ex nunc in antea libere & quiete remaneat, excepto quod in Ramis Palmarum, & in die Pasche, & in tribus diebus Rogationum, & in die Pentecostes & in festo sancti Apollinaris, isdem capellanus Hospitalis cum suo crucifero in signum subiectionis cum Burgensi processione[6] ibit Valentiam, nec licebit ei aliquo modo memorate pactionis terminos transilire; similiter & in die Ascensionis isdem capellanus cum suo crucifero Burgensi processioni intererit: in omnibus his festis accipiens sibi & clerico suo de beneficio Burgensis ecclesie prout accipit corarius & subcorarius[7]. Sciendum preterea quod canonici ecclesie Sancti Petri de Burgo pro iure parrochiali quod in dictis locis ecclesie sancti Sepulcri concesserunt & pro remissione capellani, ab eadem x. solidos accipient censuales in feria III. Pasche; similiter & III. libras cere in vigilia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quas ibidem iam acceperant a tempore quo Burgensis ecclesia locum in quo constructa est ecclesia sancti Sepulcri concesserat fratribus Hospitalis. Hoc totum laudavit & concessit ex parte Hospitalis Dalmatius, qui tunc temporis erat preceptor per Viennensem episcopatum & Valentinensem, qui etiam sigilli sui impressione presentem paginam roboravit, assistentibus fratribus Petro Garnerii magistro Valentinensi, Bornone de Monteilz, Nicholao capellano, Johanne d'Aiserant, Sysbodo, Ademaro de Cuveira, Pontio d'Ai, Petro Ademart, Blanchino, Nicholao Pairoler, Petro Desiderii. Testes vocati sunt Burgenses clerici: Algisius de sancto Romano, Algisius de sancto Valerio, Willelmus Berengarii, Pontius d'Andaloc, Petrus de Chivo, Willelmus Cellarers, Martinus, Petrus Bosoni, Umbertus de la Balma, Giraldus de Gavaisano, Johannes Cigotz, Umbertus Badola, Petrus de Chaiffa, Poncius Auriols, Petrus Silvio. Vocati sunt etiam laici: Petrus Cellarers, Lambertus de sancto Nazario, Raimundus Otgerii, Petrus de Salas, Willelmus

Guidonis. Acta sunt hec in Burgensi capitulo, assensu Falconis Valentini episcopi, qui presentem paginam sigilli sui auctoritate simul & testimonio confirmavit, pontificatus sui anno IIII<sup>to</sup>, sedente in Urbe Clemente papa III<sup>o</sup>. Consequenter ad maiorem firmitatem habendam in posterum auctorizata est presens scriptura impressione sigilli ecclesie Sancti Petri de Burgo. Hoc totum laudavit Bertrandus d'Ameillan prior Sancti Egidii[8] & sigilli sui munimine confirmavit, anno Verbi Incarnati M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> I<sup>o</sup>.

[A] Transcription de l'original, charte-*partie* dont les deux exempl. étaient divisés par les lettres A à Q: le parchemin marqué BBB a 25 lig., les e y sont cédillés; il a eu quatre sceaux dont il ne reste que la trace.

[1] La commanderie des Hospitaliers de Valence (*præceptoria Sancti Vincentii prope & extra muros civitatis Valentie*) consistait en une église & un couvent, où vivaient, sous la conduite d'un commandeur (*magister*), plusieurs chevaliers, des donats, un sacristain & des soeurs de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem: l'emplacement de l'église lui avait été concédé par l'église du Bourg, qui y réclamait des droits paroissiaux; les bâtiments furent rasés par les troupes du baron des Adrets en 1561. Elle dépendait du précepteur des diocèses de Vienne & Valence. Les souvenirs que cet établissement a laissés sont peu nombreux & épars en divers fonds: nous publierons en *appendice* les chartes les plus anciennes.

[2] On nommait spécialement *parrochialia* les sacrements dont l'administration était réservée au curé (*parochus*).

[3] Serviteurs à gages de la commanderie, ne faisant pas partie de l'ordre.

[4] *Muret*, quartier sous Château-Mouchet.

[5] Tour d'Aion, dont on fit le nom de la porte de *Tourdéon*.

[6] Ces processions solennelles, qui réunissaient plusieurs communautés religieuses de Valence, donnèrent lieu à des abus auxquels il fallut remédier; le monastère de Saint-Ruf qui était tenu d'y assister s'en fit plus tard dispenser par le pape Urbain V, ainsi que les prieurés de Saint-Félix & de Saint-Victor de Valence (20 juillet 1365).

[7] Enfant de choeur, non *correarius*.

[8] Saint-Gilles, monastère de Bénédictins fondé au diocèse de Nîmes vers 514, sous le vocable de Saint Gilles & de Saint Pierre.

\* \* \* \* \*

XII. I<sup>er</sup> avril 1192.

[*Bulla Celestini III papæ pro jurisdictione et possessionibus*][A].

CELESTINUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Guigoni priori & fratribus Sancti Petri de Burgo Valentie, salutem & apostolicam benedictionem. Ea que a nobis rationabiliter postulantur digno complere debemus affectu, & vota que a rationis tramite non discordant pie sunt & liberaliter admittenda. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, apostolica vobis auctoritate concedimus, ut si quis de clericis vestris Capitulo suo inobediens fuerit liceat vobis eum quamdiu in contumacia permanserit, per interdicti sententiam & beneficii subtractionem donec resipuerit, appellatione remota punire. Ad hec etiam donationes, concessiones, permutationes & remissiones a Valentinis Episcopis & Abbatibus vestris rationabiliter ecclesie vestre collatas & hactenus observatas, ratas habemus & illibatas vobis precipimus observari. Specialiter quindecim dies banni mensis augusti[1], remissionem candelarum & concessionem avene censualis quam percipere solebat Abbas vester in mansis que ad vineas plantandas

donantur; decimas etiam in loco qui dicitur Mariscus & iurisdictionem quam habebat in hominibus ecclesie qui de homicidio, adulterio, periurio, prodicione & crimine perduellionis rei habebantur, & quod de feodis Abbatum cum eorum assensu ecclesie vestre collatum est a feodariis: hec omnia vobis sicut iuste & pacifice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Priore vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel maior pars consilii sanioris secundum Dei timorem & statuta canonum[2] duxerint eligendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis seu confirmationis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani, kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo[3].

[A] Texte pris sur l'original, coté n<sup>o</sup> 13, parchemin de 20 lig., au bas duquel pendent quelques fils de sole jaune. Plusieurs copies en ont été prises. L'*Invent. rais.* en contient (f<sup>o</sup> 10) une analyse (transcrite dans l'*Extrait*, f<sup>o</sup> 2), qui en fait sentir l'importance: *Bulla Celestini papæ III multum pregnans in verbis substantialibus continens effectualiter sex capita:...* de clericis inobedientibus...; confirmatio donationum..., banni...; *rursusque confirmavit duas cartas Heustachii præpositi pro ecclesia optimas* (ch. VI & IX):... de electione prioris,... comminationes.--Elle est suivie de cette note:

Duo *vidimus* hujus bullæ habet ecclesia, quorum unum recepit magister Andreas Champelli sub anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> tertio, prima augusti; aliud vero fecerunt archiepiscopus Ebredunensis & succentor Parisiensis, tamen nullam datam habet.

[1] Cette bulle restreint le droit de *banvin*, accordé en juillet & août par le prévôt Eustache (ch. IX).

[2] Cap. 21, tit. VI, *de electione & electi potestate*, lib. I *Décret. Greg.* (*Corp. Iur. can.*, t. II, c. 51-2).

[3] Célestin III fut élu pape le 30 mars & sacré le 14 avril 1191. Le jour même de la date de cette bulle, il adressa de Latran à l'archevêque de Vienne une lettre en faveur des Chartreux (*Privil. ord. Carthus.*, f<sup>o</sup> 3<sup>b</sup>).

\* \* \* \* \*

XIII. 3 avril 1192.

[*Bulla Celestini III de ecclesiis et juribus parrochialibus*][A].

Vidimus Bullæ Celestini papæ tertii qui in alia præcedenti multa bona ecclesiæ Sancti Petri de Burgo fecit, etiam plurima alia bona fecit eidem ecclesiæ in sequenti Bulla.

In primis eandem ecclesiam Burgi sub protectione sua suscepit.--Item statuit quod omnes possessiones & quæcumque alia bona quæ eadem ecclesia in præsentiarum possidet aut in futurum possit adipisci priori & canonicis Burgi successoribusque suis illibata permaneant; in quibus hæc duxit exprimenda: præfatam ecclesiam Burgi, cum decimis, possessionibus & aliis pertinentiis; ecclesiam Sancti Thomæ[1], ecclesiam Sancti Andreae apud Castrum Novum Isaræ[2], ecclesiam Sanctæ Mariæ de Marnauda[3], ecclesiam Sancti Joannis Castribuxi[4], capellam Sancti Petri Castribuxi, capellam Sancti Nicolai Roche[5], ecclesiam Sancti Georgii[6], ecclesiam Sancti Saturnini[7], ecclesiam Sancti Petri de Juvet[8], ecclesiam Sancti Apollinaris extra Rodanum[9], ecclesiam Sancti Marcelli de Javeysano[10], ecclesiam Sanctæ Mariæ de Colombario[11], domum Helemosinæ Burgi[12]; & tertiam partem lesdæ[13] carni in macello Valentia, & totam lesdam carni in macello Burgi. Libertates quoque & immunitates concessas, antiquas consuetudines hactenus observatas habuit ratas & perpetuo illibatas permanere voluit.--Item interdixit ne aliquis constituat ecclesiam aut oratorium infra terminos parrochiarum ipsorum prioris & canonicorum.--Item ... interdictum ... (*sic*).--Item sepulturam quoque Burgi liberam esse decrevit.--Item statuit quod nullus ad sepulturam parrochianos Burgi

admittat, nisi salva priori & canonicis in testamento canonica portione[14].--Item quod moriente priore Burgi, nullus alius ibi præponatur nisi quem canonici duxerint eligendum.--Item decrevit quod nemo ecclesiam Burgi turbet aut ejus possessiones auferat & ablatas retineat.

Postremo dedit omni creaturæ maledictionem contravenienti contra hanc constitutionem. Datum Lateranen., iij<sup>o</sup> nonas aprilis, indictione decima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo nonagesimo secundo, pontificatus vero domini Celestini papæ tertii anno primo.

[A] Extrait tiré de *l'Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 9: il a été fait sur un *vidimus*, ce qui fait croire que l'original était perdu. On reconnaît à la formule de la date que c'était une bulle solennelle; elle est précieuse pour les indications qu'elle donne sur les anciennes dépendances de l'église du Bourg.

[1] *Saint-Thomas*: d'après M. Lacroix, qui a bien voulu nous aider de ses lumières pour la partie géographique, cette église devait se trouver, comme la suivante, à Châteauneuf-d'Isère.

[2] Châteauneuf-d'Isère, canton du Bourg-de-Péage; ce lieu reconnaît actuellement pour patron Saint Thomas, & on honore comme secondaires saint Hugues & saint Roch.

[3] L'église de Sainte-Marie de *Marnau* figure dans une charte du commencement du XIII<sup>e</sup> siècle, par laquelle Humbert de Châteaubourg lui donne divers revenus *super portum Confluentis* (Cartul. de Saint-Félix); elle était située près du confluent de l'Isère & du Rhône.

[4] Châteaubourg en Vivarais faisait avant la Révolution partie du diocèse de Valence, archiprêtre de Saint-Sylvestre; il continua même après l'union du chapitre du Bourg à celui de Saint-Apollinaire d'être sous le patronage de la manse de Saint-Pierre: la chapelle dédiée à saint Pierre n'est mentionnée dans aucun rôle.

[5] Il doit s'agir ici de la Roche-de-Glun, à 7 kilom. de Valence, quoique le pouillé de 1548 & celui de 1729 ne fassent mention d'aucune chapelle dédiée à saint Nicolas dans cette paroisse.

[6] Saint-Georges en Vivarais, dans l'archiprêtré de Saint-Sylvestre (dioc. de Valence); le prieur de ce lieu est taxé aux décimes de 1548 pour 46 livres.--Notons qu'un hameau de ce nom, entre la Roche-de-Glun & Tain, est surmonté d'une croix, dans la carte de Cassini.

[7] Il existait trois paroisses du nom de Saint-Sorlin au diocèse de Vienne; dans celui de Valence, Eymeu avait aussi pour vocable saint Saturnin; cependant cette localité paraît avoir été sur une des rives du Rhône.

[8] Saint-Pierre de *Juvet* ou *Juivet* figure dans des lièves du XVI<sup>e</sup> & du XVII<sup>e</sup> siècles, comme faisant partie du mandement de Durtail; il était entre cette localité & Cornas.

[9] Voir ch. IX, n. 1.

[10] *Javeysans*, d'après les lièves indiquées, se trouvait près de Saint-Marcel-lès-Valence (voir encore ch. XLI).

[11] Quoique Colombier-le-Jeune en Vivarais (*Columbarium Juvenis, ex parte Regni*), dans l'archiprêtré de Saint-Sylvestre, fut, en effet, sous le vocable de la sainte Vierge, nous opinons à croire qu'il s'agit ici de Notre-Dame-du-Colombier (*ecclesia sanctæ Mariæ de Colombario*), qui fut inféodée en 1201, avec ses terres, censes, décimes & droits paroissiaux, aux religieuses Cisterciennes de Vernaison par les chanoines du Bourg.

[12] Voir ch. VI, n. 12.

[13] Droits prélevés sur les boucheries de Valence et du Bourg.



[14] Voir sur la portion canonique ou *quarte funéraire*, ch. X, n. 2.

\* \* \* \* \*

XIV. décembre 1192.

[*Carta Falconis episcopi Valentini de privilegio portus*][A].

SICUT ea que congruunt rationi & temporum antiquitate corroborantur, in sua debent stabilitate servari, sic nove adinventiones que contra ius emergerint & pristinam consuetudinem impedire videntur, de iure sunt resecande. Eapropter ego Falco, Dei gratia Valentinus episcopus, per presentem cartam sigillo meo signatam tam ad presencium quam futurorum noticiam transmittere dignum duxi, quod cum ecclesia Sancti Petri de Burgo, & Bernardus de Belregart[1] & participes sui qui nomine eiusdem ecclesie portum de Burgo tenent, adversus quosdam navigatores in confinio Rodani constitutos iustam satis querelam proponerent, eo quod preter solitum ad hominum & lignorum & aliarum plurium rerum multitudinem asportandam, navigia plus debito magna parantes, eiusdem portus sibi redditus usurpare; tandem bone opinionis viris ascitis, ex eorum testimonio instructus, pretaxatam querimoniam terminare & ei debitum finem imponere cum consilii maturitate curavi. Quoniam igitur cum dampno alterius nemo locupletari debet[2], idcirco decerno & sub pena v. solidorum & dimidii statuo & statuendo prohibeo, ne quispiam de supradictis navigatoribus lucri causa navigium teneat, unde eiusdem portus aliquatenus iura debita minuantur. De cetero piscatoribus interdico, ut non alia navigia teneant nisi ea cum quibus soliti sunt piscari, in quibus non ultra quam v. vel vi.[3] homines, non quadrupedia, non setam, neque mel, neque aliquarum rerum sarcinas duas, non Lombardos[4], neque Limina Sanctorum[5] petentes vel ab eis redeutes, neque merces portantes recipere presumant, nec a partibus medianorum asportare ligna vel aliqua talia que superius prohibentur. Sustineo tamen ut si quando Rodanum transire voluerint, & lignorum vel carbonum vel cinerum sarcinulam vel fructus arborum aliquis portans advenerit, in navigio suo recipere liceat. Volo iterum ut idem portus ius suum in omnibus & per omnia solitam habeat libertatem. Preterea concedo ut a loco qui dicitur mansus Saramannorum usque ad ingressum medianorum, naute eiusdem portus ius & potestatem utrobique habeant applicandi & faciendi quicquid a[d] usus suos necesse fuerit. Et si forte ventorum vel aquarum impetus navem vel navigia eiusdem portus sic impulerit ut aliquis inde dampnum sustineat, non statim eisdem nautis penam inferat, set pro mandato meo satisfactionem recipiat. Facta sunt hec anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> IJ<sup>o</sup>, mense decembri, in aula pontificali. Testes sunt: Pe. de Torno, C<sup>s</sup> S<sup>i</sup> R<sup>i</sup>[6], Dur. de Torno, L. baiulus, W. de Alexiano, Po. de Andalosco presbiter, Pe. de Chaisa clericus, W. nepos Ber. de Belregart, Vincencius piscator, Bontosus [7] de Segularia, Bontosus Raiacia, Salvaniacus, Desiderius, piscatores.

Ego Jacobus domni episcopi notarius[8], quinto anno pontificatus ipsius, presentem cartam mandato eius scripsi.

[A] Texte tiré de l'original, coté n<sup>o</sup> 35, parchemin de 23 lig., avec fragment du sceau de l'évêque Falcon, pendant sur lemnisque. Le dos contient cette note: *Litera portus Rodani, continens quod nemini liceat tenere navigium in confinationibus portus Rodani causa lucri, unde aliquatenus iura dicti portus minuantur; item quamvis piscatoribus liceat tenere naviculas pro usu piscandi tantum, tamen non debent recipere, etc.* -- Cette charte fut vidimée le 6 mars 1312 par Jean d'Annonay, official de Valence.

[1] Bernard de Beauregard tenait en fief la totalité du port du Rhône à Valence, savoir: la moitié de l'église du Bourg (ch. XIV), un quart d'Adalbert de Crussol (ch. XX) & le restant de Guillaume de Crussol (ch. XXI); il fit par motif de piété donation de la moitié du *villénage* qu'il y avait au chapitre de Saint-Pierre (*ibid.*). Sur sa femme Sazie, qui s'associa à ses libéralités, voir ch. XX, n. 3.--Un Humbert de Beauregard, chanoine du Bourg, a déjà figuré comme témoin en 1191 (ch. XI); un membre de la même famille, Pierre, l'était en 1223 (ch. XXXII); la même année, un Guillaume de Beauregard est qualifié *junior miles* (*ibid.*).

[2] Règle de droit naturel formulée par le pape Benoit VIII & insérée au titre *de Regulis juris*, n<sup>o</sup> 48 (*Sexti*

*Decret., Corp. Iur. can., t. II, col. 1039).*

[3] L'original porta, croyons-nous, primitivement: vi. *vel* vij.

[4] Marchands Lombards, appelés dans d'autres chartes *Italici*.

[5] Suppléer *apostolorum* ou *locorum*. Nos chartes offrent plusieurs exemples de pèlerinages.

[6] Ces initiales doivent signifier: *canonicus Sancti Rufi*; & les autres: *Durandus, Lantelmus* (ch. XVI); *Willelmus, Pontius, Petrus, etc.*

[7] L'abréviation qui fuit l'*n* de *Bontosus* demanderait pour lecture régulière: *Bonustus*.

[8] Ce notaire fut à la tête de la chancellerie épiscopale de Valence sous Falques & Humbert; il apparaît en 1188 & produit un grand nombre d'actes d'une rédaction remarquable pour l'époque, jusqu'en 1220.

\* \* \* \* \*

XV. 8 mars 1207.

*Compositio duorum litigantium*[A].

NE res gesta processu temporis revocetur in dubium, scripturarum solet apicibus commendari. Eapropter cum inter Salvagnetum & Covenent uxorem Petri Correia controversie mote fuissent super quibusdam rebus que quondam fuerunt Ricarde uxoris Salvagnetis, videlicet tercia parte portus & domo quadam & vinea; & hec omnia Covenenz, mortuo ipsius Ricarde filio in pupillari etate, ad se pertinere dicebat racione consuetudinis que in civitate Valencia habetur[1], eo quod predicta Ricarda in tercio gradu consanguinitatis sibi coniuncta fuisset; & econtra Salvagnetus omnia supradicta sibi defenderet, tum ex eo quod hereditas filii sui ad eum pertinere debebat nulla obstante consuetudine, tum etiam quod Sazia uxor Bernardi de Belreguart uxori sue proximiore gradu parentele coniuncta fuerat: attestacionibus hinc inde receptis & cognitis tandem ad pacem & concordiam sunt deducte. In primis prefata Covenenz de consensu & voluntate mariti sui Petri Correia, & Salvagnetus & Sazia uxor Bernardi de Belreguart de voluntate ipsius, compromiserunt super predictis controversiis se stare mandato & voluntati domni Jarentonis prioris de Burgo, & sibi fideiussores idoneos prestiterunt, Covenenz Ademarum Alamanni, Salvagnetus Bernardum de Belreguart, Sazia Petrum Cellerarii, ut quicquid ab ipso vel ab alio ipsius nomine diceretur ratum & firmum inter ipsos permaneret, & se observaturos in perpetuum sacramento prebito promiserunt. Ea propter supradicte controversie a domno Jarentone priore, de consilio Petri vicarii & magistri Ugonis & W. Arnaudi qui sibi assistebant, sopite sunt in hunc modum: Sazia terciam partem portus, super quam questio mota fuerat, iure perpetuo habere debet & possidere absque omni contradictione predictorum Salvagnetis & Covenent & suorum decetero successorum, ut nichil iuris, nichil requisitionis in predicto portu habeant, nec aliquam deinceps moveant questionem; prefata Covenenz domum habere debet, absque omni contradictione Sazie & Salvagnetis, & Sazia uxor Bernardi de Belreguart vij. libras & dimidiam in octabis Resurrectionis Domini sibi solvere tenetur; Salvagnetus vineam habeat & quiete possideat, & utraque predictarum Sazia & Covenenz L. solidos in eisdem octabis sibi solvat. Hec autem compositio, prout superius in singulis capitulis est expressa, sub religione sacramenti prebiti & fideiussorum satisfacione inviolabiliter iussa est observari, ut nullo iure, nulla racione ab aliqua partium valeat retractari in tempore subsequenti. Acta fuerunt hec anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>, vij<sup>o</sup> ydus marci, in camera ipsius Jarentonis prioris, testibus intervenientibus: Chatberto, Vmberto, Johanne de Tolosa, Poncio d'Andalosc, Petro Cellerarii, bono homine Mauricii, Raimundo de Platea, W. Ioram, Juvene Guarnerii, Ademaro Alamanni, Petro Correia, Bernardo de Belreguart, Raimundo Vitale. Insuper ad perennem rei memoriam & ne presens factum valeat vacillare, de consensu & voluntate canonicorum Sancti Petri, presens carta sigilli Sancti Petri firmo munimine insignita est.

[A] Texte tiré de son original, parch. de 23 lig., avec le sceau du Bourg encore pendant sur cordon. Il porte au revers cette note explicative: *Ista litera continet quod tercia pars portus Rodani pertinet Sayzie uxori Bernardi de Belregart, ex presenti pronunciatione facta per dom. Jarentonem priorem S<sup>i</sup> Petri de Burgo super questione quam habebant de dicto portu & certis aliis bonis retroscriptis, inter voc. Salvaygnetum & Covenent uxorem Petri Correya quibus fuerunt domus & vinea retroscripte adjudicate....*

[1] D'après cette coutume valentinoise, l'héritage maternel, à la mort des enfants, retournait à la famille de l'épouse défunte, à l'exclusion du père. Voir sur la jurisprudence actuelle, *Code civil*, art. 746-8.

\* \* \* \* \*

XVI. 15 avril 1209.

*Concordia de portu inter ecclesiam Sancti Petri et Guidonem ac Aldebertum de Cruceolo*[A].

NOVERINT universi ad quorum noticiam presens scriptum devenerit quod, inter ecclesiam Sancti Petri de Burgo, & Guidonem de Crucolio & Aldebertum fratrem eius, ad cuius ius pertinebat quicquid pater eorum in portu de Burgo habuerat, ut ex consessione ipsius Guidonis habebatur, super eodem portu de Burgo amicabilem est habita inter ipsos compositio in hunc modum. Canonici ecclesie Sancti Petri proponebant eandem ecclesiam habere plene medietatem domini in dicto portu, quod ab ipso Aldeberto & Guidone fratre eius in dubium vertebatur. Set hac presenti compositione actum est inter ipsos ut, absque omni contradictione ipsorum & successorum eorum, ecclesia deinceps plenarie habeat in perpetuum medietatem totius domini in portu & omnium proventuum que iure domini obveniunt, scilicet in laudationibus venditionum sive aliorum contractuum, sive in omnibus placitamentis que quocumque modo percipiuntur in portu. Plane, prout nominatus Aldebertus & Guido recognoscebant, ecclesia Sancti Petri habebat in eodem portu ab antiquo xx. & v. solidos censuales; & ipsi dicebant se habere in portu xiji. solidos censuales, & vi. sextarios salis & vi. restes alliorum & vi. restes unionum, & x. denarios pro sotularibus ad opus baiuli, & quartaironem[1] unum & dimidium piperis, & unciam & dimidiam cinnamomy[2], quod ita esse ex toto ecclesia Sancti Petri non concedebat. Super hoc taliter diffinitum est: ecclesia Sancti Petri iure perpetuo habebit sibi de predictis xiji. solidis iij. denarios, & de predictis vi. sextariis salis quos ipsi se habere dicebant, habebit ecclesia iij. sextarios, & iij. restes alliorum & iii. restes unionum, & de predictis x. denariis qui solebant dari pro sotularibus v. denarios, de cartone[3] piperis & dimidio & de uncia cinnamony & dimidia, medietatem per totum. Hec omnia supradicta cum medietate totius domini in portu, sicut superius[4] expressum est, laudaverunt & concesserunt prefate ecclesie dictus Aldebertus & Guido in perpetuum ut, absque contradictione ipsorum & suorum decetero successorum, prenominata ecclesia supradicta in pace habeat & percipiat. Et hec omnia Aldebertus, ad quem pertinebat quicquid iuris pater ipsius in dicto portu habuerat, iuramento prestito firmiter comprobavit ut a se & successoribus suis perpetuis temporibus inviolabiliter observentur. Verum ecclesia Sancti Petri xx. libras, quas habebat in portu pro gatgeria in parte ipsius Aldeberti, eidem remisit; insuper xij. libras Valentine monete[5] eidem Aldeberto donavit, de quibus Guido iij. libras habuit & insuper xx. solidos ab ecclesia: & filius eius Geraldus, qui omnia supradicta laudavit in manu Chatberti sacerdotis & canonici & eidem ecclesie extitit fideiussor, xx. solidos habuit ab ecclesia; et Petrus Malleni, qui huius rei extitit mediator, x. solidos habuit ab ecclesia. Et si aliquam querimoniam contra ecclesiam possent proponere Aldebertus & Guido, occasione perceptorum reddituum ex gatgeria, omnimodo finierunt, ita ut decetero nullo modo super hoc ecclesia valeat conveniri ab ipsis vel successoribus eorum. Sciendum etiam quod, de refectioe que singulis annis debetur duobus portonariis eiusdem portus, actum est ut in refectioe unius hominis medietatem prestat ecclesia, medietatem dictus Aldebertus. Hec autem, prout[6] in singulis capitulis sunt expressa, assistentibus huic facto ex parte ecclesie Willelmo Arnaldi, Guigone Bernardi, Bertrando de Stella, Chatberto de Burgo, Willelmo Berengarii, canonicis Sancti Petri, ab utraque parte gratuito sunt recepta; in presentia domini Vmberti Valentini episcopi[7] qui, ad preces Aldeberti & Guidonis, supradicta laudavit & concessit ecclesie in perpetuum. Acta sunt hec apud Valentiam in camera domini episcopi inferiori de turre, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> VIIII<sup>o</sup>. C littera dominicali[8], xvij. kalendas maii. Testes interfuerunt Bertrandus de Stella, Willelmus de Bellomonte, magister Vgo Bellicensis,

Guigo Bernardi, Willelmus Arnaldi, Chatbertus de Burgo, Willelmus Berengarii, Petrus de Sonna clericus, Bartholomeus baiuli filius, Petrus de Salis, Paganus de Crista, Covidatus, Folco de Crucolio, Petrus Malleni. Insuper ad perhennem rei memoriam, de voluntate utriusque partis, facta est presens carta, sigillo domini Vmberti Valentini episcopi confirmata.

[sigillum] Ego Jacobus domini episcopi notarius, decimo anno pontificatus ipsius, presentem cartam mandato eius scripsi.

[A] Transcription de l'original, parch. de 29 lig. coté xlviij & 20, au bas duquel pendent des fils de soie rouge & verte. Au dos se trouve cette analyse que nous abrégeons:... *Que concordia continet in effectu, quod dicta ecclesia habet medietatem domini portus Rodani & eidem ecclesie pertinet medietas proventuum, que jure domini obveniunt in laudacionibus vendicionum sive aliorum contractum in placitamentis. Et ultra habet ecclesia in portu... Que omnia usque hic declarata solebat percipere integraliter dictus Aldebertus ante presentem compositionem; plura alia etiam continentur infra que solvit & remisit ecclesia dictis fratribus & filio dicti Aldeberti & arbitro ipsorum.*

[1] Var. de la ch. suiv.: *cartaironem*.

[2] Var. *cynamomi*, cannelle.

[3] Var. *cartairone*.

[4] Var. *supra*.

[5] Le document le plus ancien, à notre connaissance, où il soit fait mention de la monnaie Valentinoise, est le *Cartulaire de Domène*, dans des actes du XI<sup>e</sup> siècle (ch. 154, 165, etc.); les concessions impériales de Frédéric I<sup>er</sup> (1157, 1178, etc.) ne furent donc que la confirmation d'un droit reconnu. Au XII<sup>e</sup> siècle, les sous de l'église de Valence étaient reçus indifféremment pour ceux de Die (*Cartulaire* de cette église, ch. XII de 1145, etc.) & de Vienne (*passim*): pour les époques postérieures, les chartes qui en font mention sont très-nombreuses.--On peut consulter sur la numismatique des évêques de Valence: TOBIESEN DUBY, *Traité des monnaies des barons, prélats, etc. de France*, 1. I, p. 32;--*Revue de Numismatique*, année 1836, p. 269, art. de M. Proncis, & an. 1844, p. 429, art. du doct<sup>r</sup> Long;--*Revue du Dauphiné*, t. III, p. 58, art. du marquis de Pina; *ibid.* p. 185, art. de J. Rousset; *ibid.*, p. 246, art. de M. de Longpérier;--*Bulletin de la Société de statistique*, etc., de la Drôme, 1842, t. IV, p. 71, art. de J. Rousset;--*Dictionnaire de Numismatique & de Sigillographie religieuses*, éd. Migne, 1852, col. 1421;--Faustin POEY D'AVANT, *Monnaies féodales de France*, in 4<sup>o</sup>, t. III.

[6] Add. *superius*.

[7] Le bienheureux Humbert de Miribel, d'après les divers catalogues des évêques de Valence, succéda en 1200 à Falques & mourut en 1220, le 29 avril, d'après l'*obituaire* de Saint-Ruf. Les chartes où figure ce prélat sont assez nombreuses; elles ne contredisent en rien les données précédentes: son notaire Jacob ayant pris soin de nous indiquer les années de son pontificat, nous savons, par exemple, que 1209 était la dixième. D'autre part, son successeur Géraud nous apparaît pour la première fois dans une charte du mois de janvier 1220 (1221 n. st.).--Le sceau de l'évêque Humbert le représente vêtu en pontife; il est de forme ogivale, long de 5 cent., & porte en légende: [sigillum] SIGILLVM VMBERTI EPISCOPI VALENCIE.

[8] La lettre dominicale de l'année 1209 était D.

\* \* \* \* \*

XVII. 13 février 1210.

*Carta de portu*[A].

NOVERINT uniuersi ... quod, inter ecclesiam Sancti Petri de Burgo & Willelmum de Cruszolio, super portu de Burgo amicabile est habita compositio ... (I. 12) contradictione ipsius Willelmi & suorum.... Verum ecclesia Sancti Petri XXX. libras, quas habebat in portu pro gatgeria in parte ipsius Willelmi, eidem Willelmo remisit; insuper & vij. libras Valentine monete eidem Willelmo donavit. Et si.... Sciendum.... Acta fuerunt hec apud Burgum, in camera Willelmi Arnaldi, presentibus canonicis Sancti Petri, scilicet Willelmo Arnaldi & Vmberto tunc temporis procuratoribus, presentibus etiam Chatberto dicto de Burgo, Girberto & Willelmo de Clairiaco capellanis, & Willelmo Berengarii, Willelmo Cellarario, Bernardo de Bello Regardo, Boneto de Gilloscho. Consequenter, ut supradicta omnia maiori gaudeant firmitate & nulla possint in posteros occasione perturbari, dictus Willelmus, in presentia domini Vmberti Valentini episcopi, omnia prout ... recognovit & confirmavit, & promisit se & successores suos bona fide observaturos, Willelmo Arnaldi & Chatberto ex parte ecclesie ibidem assistentibus huic facto; &, ad preces ipsius prenominati Willelmi, dominus episcopus supradicta laudavit prefate ecclesie & in perpetuum confirmavit. Celebrata fuerunt hec apud Valentiam, in fornello inferioris camere domini episcopi, anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>, mense februario, C littera dominicali, idus februarii. Testes affuerunt magister Vgo Bellicensis, Lantelmus baiulus, Willelmus d'Erbes miles, Bernardus mariscalcus, Vmbertus de Druestallo, Bernardus de Bello Regardo. Insuper.... [sigillum] Ego Jacobus ... decimo anno ... scripsi & interfui huic facto.

[A] Cette charte, sauf le nom de Guillaume de Crussol à la place de ceux de Gui & d'Adalbert, ses parents, quelques variantes & la finale que nous donnons, est identique à la précédente: nous avons cru inutile de la reproduire intégralement. L'original parch. a 30 lig., avec cette note au revers: *Compositio & concordia facta de portu Rodani, quod medietas domini pertinet ecclesie tam in laudibus quam placitamentis, & medietas etiam cepearum, alliorum & specierum que percipiuntur ratione domini dicti portus; item medietas x. denariorum qui dantur pro sotularibus bajuli; item ecclesia & dom. Cruceoli debent comuniter providere in refectioe duobus pontoneriis....*

\* \* \* \* \*

XVIII. 5 juillet 1210.

*Confirmatio privilegiorum portus facta per dom. Humbertum episcopum.*[A]

GESTARUM memoriam rerum fideliter scripta servant. Idcirco ego Vmbertus, Dei gratia Valentinus episcopus, tam presentis etatis quam future posteritatis hominibus, notum facere dignum duximus quod, sicut Falco bone memorie predecessor noster Bernardo de Belregart portum de Burgo habere concessit[1] ut ea perhenniter gaudeat libertate qua[2] in carta sigillo suo munita continetur, nos eidem habere laudamus &, ut illibatam perhenniter maneat, presentem cartam sigilli nostri patrocínio confirmamus. Verum predictus Bernardus pontonarios debet habere fideles qui redditus portus fideliter percipiant & quod a transeuntibus aliquid extorquere non presumant, nisi tantum ea que de iusta consuetudine in eo percipere solent dicti portus possessores, & si in aliquo deliquerint pontonarii, ex quo dictus B. vel sui successores certificati fuerint & infra mensem congrua satisfactione delictum non emendaverint, dictus B. & sui successores de transgressione & delicto tenebuntur: aliter vero prefatus B. nec sui successores a nobis sive a successoribus nostris de delicto pontonarium nullo modo poterunt conveniri. Hec autem laudacio & confirmatio facta fuit anno Incarnationis Dominice M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> X<sup>o</sup>, iij<sup>o</sup> nonas julii, indictione xiji, currente C littera dominicali, in camera inferiori de turre.

[sigillum] Ego Jacobus domini episcopi notarius, xi. anno pontificatus ipsius, presentem cartam mandato eius scripsi, sedente in Urbe Innocentio papa III<sup>o</sup>, regnante Othone Romanorum imperatore[3].

[A] Transcription de l'original, parch. de 11 lig.; au bas pend un fragment de sceau attaché par des fils de soie rouge & jaune. Le dos ajoute au titre: *Et ultra continet infra quod punitio pontoneriorum spectat ad [ilios]*

*quorum est portus, & quod infra mensem si invenerit deliquisse pontonarios instituat justiciam.*

[1] Voir la concession de l'évêque Falques à Bernard de Beauregard, ch. XIV.

[2] *Que ... continetur*, serait plus régulier.

[3] Les notes chronologiques sont toutes exactes. Othon IV, rival de Frédéric II, fut empereur du 27 sept. 1209 au 19 mai 1218.

\* \* \* \* \*

XIX. septembre 1210.

*Confirmatio et autorisacio episcopalis et archiepiscopalis omnium donationum, concessionum, remissionum et permutationum ecclesie Burgi, habitaram seu collatarum ab episcopis Valentinis et prepositis Valencie ac abbatibus Burgi[A].*

UMBERTUS, Dei gratia Valentinus episcopus, dilectis filiis priori & canonicis ecclesie Sancti Petri de Burgo, in perpetuum. Et ius habet & iuris equitas, exaudiantur ut preces petentium, quas commendat & pietas & honestas. Eapropter, dilecti filii, vestris iustis petitionibus annuentes, visis & diligenter inspectis ecclesie vestre auctenticis instrumentis, donationes, remissiones, permutationes, concessionem habitas seu collatas vobis a predecessoribus nostris Valentinis episcopis & ecclesie vestre Burgensis abbatibus, & specialiter ab Heustachio nunc temporis preposito Valentino & abbate Burgensi, vobis dignum duximus plenarie concedendas. De quibus in presentis scripture serie quasdam censuimus exprimendas, videlicet: remissionem candelarum quas in usu abbatis ecclesia vestra solebat expendere, & concessionem avene censualis quam abbas vester in quibusdam mansis & cabannariis percipiebat quam diu sub annuo censu a cultoribus colebantur, in quibus ex quo ad plantandum vineas dantur abbas percipere nichil debet; preterea donationem trium solidorum & iii. asinatarum vini, cum iure & dominio vinee que fuit Sazie apud territorium de Montaa; item concessionem iuris sive domini in hiis omnibus que Donnus & filii eius vestre ecclesie donaverunt; consequenter & concessionem domini in quadam domo & quodam casali & duobus ortis iuxta portam publicam inter careriam & fossata, cum congregatione aquarum in eisdem fossatis; similiter & dominium tenementi Fratrum Templi apud Rodanum, iuxta tenementum Iohannis Glanduz; preterea, permutationem, quam abbas vester Heustachius cum Guigone priore & ecclesie vestre canonico visus est habuisse, ratam & firmam inperpetuum volumus observari; quam ne alicui pateat malignandi occasio in futurum presenti scripto dignum duximus adnotandum: «Cum decime in loco qui dicitur Mariscus ad ius abbatis spectarent, necnon homicide, adulteri, traditores, periuri & qui de crimine perduellionis convincebantur ad iurisdictionem ipsius abbatis pertinerent, iam dictas decimas & idem ius sive potestatem quam in talibus exercere solitus fuerat, eidem ecclesie in suis hominibus perpetuis temporibus habenda concessit, ita scilicet quod ius suum in ecclesiam transferens in talibus de cetero super homines ecclesie nullum ius habeat requirendi»; item omnes tam clericorum quam laicorum personas, tam in vita quam in morte, cum omnibus rebus suis mobilibus & immobilibus infra Burgum & extra que ad dominium sive ius ecclesie spectant, & domum nominatenus pauperum que Helemosinaria dicitur, iuxta factam permutationem, ab omnimoda exactione, vexatione, requisitione nomine suo vel successorum vel aliquorum pro ipsis facta, immunia, libera & absoluta perpetuis temporibus omnimodo fieri voluit, ita scilicet quod vel prior Burgensis & eiusdem loci canonici eidem abbati & successoribus suis dederunt & concesserunt x. tenementa que sunt a domo Confraternitatis usque ad careriam, ubi viiii. solidos & v. denarios censuales percipiebant, necnon gatgeriam quam habebant a Bosone vicario infra Burgum & extra, videlicet domum, terciam partem molendini ad Arcus, & unum mansum apud Avojanum, & v. solidos censuales infra Valentiam & quicquid idem Boso comune cum feudotariis habebat: que omnia pro xxx marchis argenti & x. libris eadem ecclesia obligata habebat. Hoc autem de antiqua consuetudine habetur, quod liceat tam hominibus abbatis quam hominibus ecclesie ad terram cuiuscumque voluerint se transferre, & in quacumque domo sive propria sive conducticia mansionem habuerit, ad dominium eius spectet sine querela cuius terram inhabitare videtur; preterea donationem totius tenementi

Bosonis de Burgo, quod dictus Heustachius ab heredibus ipsius Bosonis feudotariis suis de suo emendo adquisierat, & quicquid iuris sive domini abbatis vice videbatur habere in dicto tenemento Bosonis & in aliis domibus adiacentibus quas nunc temporis possident Pe. Cellarius & W. frater eius, & W. Arnaldi & Girbertus canonici, & concessionem ecclesie sancti Apollinaris que sita est prope ripam Rodani, quam Iohannes Galatei feudotarius dicti abbatis, minus iuste possidens, ecclesie Burgensi de iudicio anime sue restituit, & ut bannum duobus mensibus, scilicet iulio & augusto, vobis ibidem vendere liceat: hec omnia ab abbate vestro Heustachio vobis concessa, firma & inconcussa vobis & successoribus vestris, perpetuis temporibus volumus observari; item quicquid a feudotariis dicti abbatis de consensu ipsius, donatione, emptione vel alio modo in presenti habetis, vobis in perpetuum habere & quiete concedimus possidere; set & si quid ab ipsis feudotariis abbatis in posterum adquisieritis, cum consensu ipsius abbatis vobis liceat retinere, vel si consensus ipsius abbatis non affuerit, saltem post appellationem ipsius infra duorum annorum spatium vobis distrahere liceat vel alio modo alienare. Hec autem omnia, pro ut superius in singulis capitulis sunt expressa, ut a me & a successoribus meis inviolabiliter observentur & inconcussa permaneant, Ego Vmbertus Valentinus episcopus, assistentibus nobis Bertrando de Stella, Vellelmo de Liberone, Vellelmo de Bellomonte, canonicis, magistro Vgone clerico, laudo & per impressionem sigilli mei in perpetuum confirmo. Hoc actum fuit apud Valentiam, in domo episcopali, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> X<sup>o</sup>, mense septembri, C littera dominicali. Affuerunt autem huic facto, ex parte ecclesie Sancti Petri W. Arnaldi, Vmbertus, Guigo Barnardi, Chatbertus, Girbertus, W. de Clariaco, Johannes de Tholosa. Ad ultimum, ut supradicta statuta maiori gaudeant firmitate & ut in posterum nullorum valeant malitia perturbari, Ego Vmbertus Valentinus episcopus rogavi dominum Vmbertum Viennensem archiepiscopum[1], ut predicta omnia plenarie comprobaret & sigilli sui munimine confirmaret. Eapropter Ego Vmbertus Viennensis archiepiscopus, ad preces prefati episcopi & Burgensium canonicorum, consilio A. prioris Silve Benedicte[2], Petri sacriste Viennensis & Romanensis[3] & Ysmidonis cantor[4], supra scripta omnia, pro ut in superioris scripture serie sunt expressa, approbo, laudo & confirmo, & per impressionem sigilli mei presentem cartam plenissime auctorizo.

[sigillum] Ego Jacobus domini Vmberti episcopi notarius, cum proprii corporis infirmitate prepeditus per me scribere non valerem, magistro Petro scriptori presentem cartam scribendam mandavi, & mandato ipsius domini V. episcopi subscripsi & sigilli sui impressione signavi.

[A] Reproduction de l'original, magnifique parch. de 37 lignes, coté 2; sur le dos est une analyse que nous omettons. Plusieurs copies en ont été prises: celle qui y est jointe commence ainsi: *Ambrosius (!)... L'Invent. rais.* f<sup>o</sup> 6 (*Cartul.* fol. CCIII) en donne le résumé, & montre que cette charte confirme, en les transcrivant en partie, les donations du prévôt Eustache de 1183 & 1188 (ch. VI & IX).

[1] Humbert II, d'abord religieux de la chartreuse de Seillon, était archevêque de Vienne en 1206; il mourut le 19 novembre 1215.

[2] Sylve-Bénite, monastère de Chartreux, fondé près du lac de Paladru en 1116. Le prieur se nommait alors Ainard (*Cartul. de St-Barnard*, ch. 387).

[3] Pierre d'Arènes (*de Arenis*) était chanoine de Vienne en 1187 (*Cartulaire de l'égl. de Die*, ch. 19) & sacristain de Saint-Barnard en 1209 (*Cartul. de Romans*, ch. 394 & 401).

[4] Ismidon figure comme chantre de Vienne en 1209, dans la ch. 401 du *Cartul. de Saint-Barnard*.

\* \* \* \* \*

XX. (6-27) juin 1214.

*De aquirimento portus Rodani [a Bernardo de Belregart][A].*

NOVERINT universi ad quorum noticiam presens carta devenerit, quod Bernardus de Belregart dedit ecclesie

Sancti Petri de Burgo, pro remedio anime sue, medietatem totius vilanagii[1] quam habebat in portu de Burgo, & in omnibus obventionibus eiusdem portus, pro anniversario suo & ut ab octabis Pasche usque ad festum Omnium Sanctorum, in illis diebus in quibus misse non celebrantur ad terciam[2], ex reddito portus consueta beneficia darentur presbitero, diacono & subdiacono qui assisterent ad officium misse ad terciam. Et pari modo uxor eius Sazia[3] dedit aliam medietatem ecclesie Sancti Petri de Burgo pro tribus anniversariis, ut ex redditibus eiusdem portus, in anniversario suo & patris sui & matris sue, consueta beneficia tam clericis quam pauperibus darentur.--Post mortem vero Barnardi, Aldebertus de Cruceolo questionem movit contra ecclesiam in prefato portu, proponens quod predictus Barnardus & Sazia tenebant ab eo quartam partem in portu, & pro eadem parte sibi censum prestabant quia erat de suo dominio: & ideo hoc donum non poterant facere ecclesie preter eius assensum. Hec vero discordia ita sopita fuit, quod ecclesia Sancti Petri dedit prefato Aldeberto xiji, libras Viennensis seu Valentine monete quas ei solvit in integrum, & prelibatus Aldebertus laudavit & concessit ecclesie habere & in perpetuum possidere quartam partem portus de Burgo que spectabat ad eius dominium, sicut prius tam predictus Barnardus quam Sazia ab eo possidebant: salvo iure placitamenti in mutacione prioris quando priorem de novo venire contigerit, scilicet duodecim solidorum & dimidii qui eidem Aldeberto prestabuntur vel cuicumque voluerit, & annuo censu qui pro eadem parte sibi prestabitur singulis annis in festo sancti Johannis, scilicet xiji solidos minus tribus denariis, & tribus sextariis salis; & tunc prestabit ecclesie ipse Aldebertus medietatem refectionis unius hominis. In Natali vero Domini, solventur ipsi Aldeberto censualiter tres restes alliorum & tres restes unionum, & quarta pars trium quartarum piperis, & quarta pars trium unciarum cinnamomi & v. denarii qui prestabantur antiquitus baiulo pro sotularibus. Et hec concessio facta fuit ab Aldeberto Jarentoni priori & canonicis eiusdem ecclesie, tam presentibus quam futuris; & promisit eidem predictus Aldebertus, obligando omnia bona sua tam presentia quam futura, quod predictam laudacionem ratam & firmam habeant tam ipse quam successores sui, & ipsam ecclesiam semper manuteneant & defendant in predicto portu, si aliquis ecclesie ibidem aliquam contradictionem faceret vel moveret. Et sciendum quod prefatus Aldebertus promisit ecclesie, quod ius suum quod habet in portu nullo modo concederet Hospitali pontis[4], nec alicui persone qui (*sic*) acquireret ad opus pontis, vel burgensi alicui preter ecclesie assensum. Set si alteri persone vellet vendere vel alio modo alienare, prius debet requirere ecclesie voluntatem, & si ei ecclesia tantum dare voluerit quantum alius daret sibi habere poterit, ita ut verum rei precium non augeatur ab ipso Aldeberto vel suis ut ecclesia inde gravetur; similiter & ecclesia non debet ius suum alienare, nisi prius requisita Aldeberti & suorum voluntate: & hoc totum prefatus Aldebertus, sacramento corporaliter a se prestito, promisit se & successores suos observaturos bona fide, prout melius & sanius potest intelligi ab aliquo. Hec autem omnia comprobata fuerunt ab ipso Aldeberto coram domno V. Valentino episcopo, qui ad preces ipsius Aldeberti fideiussor & tutor extitit ecclesie Sancti Petri de Burgo ut supradicta fideliter observentur, & ad rei memoriam habendam in antea huic presenti scripture sigillum suum apponi precepit, mandato prefati Aldeberti, salvo iure sui domini. Durat autem portus & obventiones ipsius portus a portu Mure usque al Meias. Acta sunt hec in aula domini V. Valentini pontificis, presentibus canonicis Ber. de Stella, Vmberto de Bel Regart, Girberto, Willelmo de Clairiaco, Johanne de Tholosa, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XIII, mense junio, feria VI<sup>a</sup>; testes vocati sunt: Po. de Cleu sacerdos, Johannes de Cornaz, Pe. Girbernz, Vgo Richardi, W. de Alexiano, W. Cellarius, magister Vgo, Po. de Alexiano, magister Petrus, Johannes de Fonte Malo, Pe. de Crest, Stephanus Richardi, Pe. Cellarius, W. Chamarlencs, Guigo Ruffus, filius Ademari de Castro Bucco.

[sigillum] Ego Jacobus domini episcopi notarius, XV. anno pontificatus ipsius, presentem cartam mandato eius scripsi & sigilli sui patrocinio communivi.

[A] Transcription de l'original, parch. de 33 lig., qui porte au dos une analyse que nous abrégons: *Ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie: donatio ei facta per Bern. de Belregart & Saziam ejus uxorem, qui dederunt dicte ecclesie quilibet ipsorum medietatem vilanagii quam habebant in portu Rodani, pro certis anniversariis ibidem faciendis; & postmodum Aldebertus de Cruceolo laudavit & concessit dict. ecclesiam possidere quartam partem dicti portus spectantem ad ejus dominium...: salvo d. Aldeberto in mutacione novi prioris...; sed debet prestare...*--La donation que cette charte confirme ne saurait être antérieure à la concession du 5 juil. 1210 (ch. XVIII).



[1] *Villenagium*, héritage tenu à cens ou à rentes serviles.

[2] Sous la discipline monastique, le jeûne cessait ou devenait moins sévère de Pâques à la Toussaint. les jours de fête, on ne célébrait l'office divin qu'après tierce (vers 9 h.).

[3] Sazie, dont le nom a déjà figuré (ch. XI), vivait encore vers 1224 (ch. XXXIII); son mari Bernard de Beauregard était mort. Les chanoines du Bourg furent fidèles à s'acquitter des anniversaires qu'elle avait fondés en faveur de son père Pierre Martin & de sa mère Garcine; nous avons relevé, au dos d'une ancienne copie de la charte XXII, le mémorial qui en fut inséré dans le *Nécrologe* de Saint-Pierre:

Eodem die (*10 mars*), memoria Pe. Martini, cujus filia Sazia dedit huic ecclesie medietatem vilanagii quam habebat in portu, ut in hac die & in die anniversarii sui, & in memoria Garcine matris sue que fit XV. kal. septembris, beneficia clericis & pauperibus inpendantur; & ut idem beneficium, quod fit canonicis his tribus diebus, omnibus sacerdotibus hujus ecclesie tribuatur. Item, memoria Garcine, cujus filia Sazia dedit huic ecclesie medietatem vilanagii quam habebat in portu, ut in hac die & in die anniversarii, & in memoria patris sui Petri Martini que fit vi. idus mardi, beneficia clericis & pauperibus inpendantur; *etc., ut supra.*

[4] Romans, Grenoble, Lyon, etc. avaient des hôpitaux établis sur la pile principale de leurs ponts; celui de Valence, construit dans ces conditions, n'est mentionné dans aucune charte antérieure à celle-ci. On peut conjecturer qu'il ne dépendait pas de Saint-Pierre du Bourg, & que le pont n'était point alors complètement terminé.

\* \* \* \* \*

XXI. 22 Sept.-26 octobre 1214.

*De aquirimento portus Rodani*[A].

NOVERINT universi..., quod Bernardus de Bel Regart dedit Deo & ecclesie Sancti Petri ... (l.2) Willelmus de Cruçol ... (l.20) Guillelmo censualiter... (l. 27) bona sua universa ... (l.12) d. Vmberto Valentino episcopo ... al Meias. Hoc autem laudavit Rainaudus filius Willelmi & sacramento confirmavit. Hec autem acta sunt in curia episcopali, in camera superiori de turre, anno Incarnationis Dominice M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XI<sup>o</sup> II<sup>o</sup> X<sup>o</sup>. kalendas octobris, indictione ij, presentibus Bertrando de Stella, Willelmo Arnaudo, V. de Belregart, Girberto canonico, Vgone Richardi, Johanne Raillartz, magistro Vgone, Johanne Bruifeira, Petro Cellarario, A. filio eius, Guigone Ausel, W<sup>o</sup> Cellarario, W<sup>o</sup> de Grana, Vmberto de Druestal, Arnaudo Ferlai, W<sup>o</sup> fratre domus helemosinarie Sancti Petri de Burgo. Procedente tempore in eodem anno, vij<sup>o</sup> kalendas novembris, in grangia ipsius Willelmi a Guillaran, domina Vassalda uxor sua & filia eorum hoc totum laudaverunt bona fide & absque dolo, presentibus domno Girberto canonico Sancti Petri de Burgo, Willelmo de Sancto Johanne, Po. de Alexiano, Guigone Freideira.

[sigillum] Ego Jacobus ... xv. anno ... communivi.

[A] Cette charte est la reproduction textuelle de la précédente: le nom seul d'Adalbert de Crussol est remplacé par celui de son frère Guillaume; nous indiquons, cependant, les variantes & les additions. L'original parch. a 31 lig.; on y a ajouté une longue analyse que nous supprimons.

\* \* \* \* \*

XXII. mars 1217.

*[Compositio de portu ab Humberto episcopo facta]*[A].

EGO Vmbertus, Dei gratia Valentinus episcopus, notum facimus universis quod, inter B. de Belregart & Salvanetum ex una parte, & J. Ruellatorem[1] & Bo. ex altera, mota fuit controversia coram nobis super portu inferiore ad tegulariam[2], que sopita fuit inter eos in hunc modum: J. Ruellator & Bo. in vita sua tantum tenebunt portum ab eis & facient ipsis XX. solidos censuales. Hec compositio probata fuit a Burgensi ecclesia, que tunc obtinebat vilanagium quod dictus B. & uxor eius & Salvanetus in portu habuerant supradicto per Guidonem & W. dominos de Cruszol & Lambertum de Maires[3], qui interfuerunt compositioni & dixerunt, prestito sacramento, factam fuisse compositionem sicut superius est expressum. Tandem defuncto Bo., cum Burgensis ecclesia portionem illam quam habebat in portu sibi vendicaret, eo quod assereret ipsum Bo. portionis illius quam ipse tenet habere usum fructum tantum dum viveret, uxor eius & liberi in dubium revocabant; G. vero de Cruszol datus est tutor liberis, & per ipsum & per alios testes fuit hec compositio probata ad plenum. Sane precibus ipsius G. & uxoris Bo., concessit Burgensis ecclesia tenere portum sub eodem censu XX. solidorum liberis & uxori ipsius Bo. ad vitam J. Ruellatoris, qui pari iure & pari modo & pari censu sicut idem Bo, in eodem portu fuerat constitutus; post mortem vero ipsius J. Ruellatoris qui huic compositioni interfuit, neque heredes eius, neque uxor, neque liberi ipsius Bo. neque alius ipsorum nomine aliquid iuris, aliquid rationis in prefato portu sibi poterunt vindicare. Et hoc totum uxor ipsius Bo. sacramento firmavit, & G. de Cruszol tutor liberorum Bo. promisit bona fide, prout melius potest intelligi, quod liberi ipsius Bo. hanc compositionem, que ad commodum ipsorum facta est, ratam & firmam semper teneant & observent, & contra eam nichil iuris opponant. Facta sunt hec apud Valentiam, in nostra presentia, in aula pontificali, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XVII<sup>o</sup>, mense marcio. Interfuerunt autem pro Burgensi ecclesia J. prior, W. [de] Cleriaco, Girbertus, J. de Tolosa, V. baiulus, magister V., B. baiulus, L. de Maires. Ad maiorem autem firmitatem habendam in antea, nos auctoritatem nostram huic facto tribuimus, & presentem cartam sigilli nostri fecimus munimine roborari.

[A] Cette charte ne nous a été conservée que par une copie du notaire Jacob (cf. ch. XIV, n. 8), contenant en outre les ch. XVI & XVII, & sur laquelle on a mis cette note: *parum valet, quia sunt copie non tabellionate*; elle y occupe 18 lig.

[1] Ce nom semble venir de *ruella*, petite rue; le *Lexicon infimæ latinitatis* ne le mentionne pas.

[2] *Tegularia*, tullerie, & aussi terre à briques, argile.

[3] La charte de concession de cette partie du port ne nous a pas été conservée.

\* \* \* \* \*

XXIII. 12 décembre 1219.

[*Honorii III papæ rescriptum de juribus præpositi*][A].

Rescriptum apostolicum, continens quod prior & canonici Burgi conquerendo monstraverunt Honorio papæ III, quod præpositus Valentiae injuriabatur eisdem super quodam fossato, præconisatione per villam & aliis rebus. Quocirca papa mandat archiepiscopo Viennensi[1], & decano Aniciensi[2] & præposito Ulciensi[3], quatenus partibus auditis decernerent quod justum esset. Datum Viterbii, ij idus decembris, pontificatus ipsius papæ anno quarto[4].

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 12 r<sup>o</sup>.

[1] L'archevêque de Vienne Jean de Brenin siégeait dès 1218 (ch. originale aux *Arch. de l'évêché de Grenoble*), & mourut le 17 avril 1266, d'après son épitaphe (LE LIÈVRE, *Hist. de l'antiq. & saint. de la cité de Vienne*, p. 371), ou le 18, selon le *Nécrologe de Saint-Robert de Cornillon* (Biblioth. impér., ms. lat. 5247, f<sup>o</sup> 88: xiii).--L'historien CHARVET exprimait le regret de n'avoir jamais pu rencontrer le sceau de ce prélat, dont il croyait tous les exemplaires perdus (*op. cit.*, p. 386); il en eut, à notre connaissance, trois

différents, que nous avons rencontrés chacun plusieurs fois:--le plus petit, de forme ovale comme les autres, mesure 4 cent. et 1/2; l'archevêque est représenté en pied, vêtu de ses habits pontificaux, la mitre en tête, la crosse dans la main gauche & la droite en action de bénir le peuple; on lit en légende: [sigillum]: S: IOHIS: ARC/HIEPI: VIENN:;--dans le second, qui a 62 mill., le prélat est assis, revêtu des mêmes ornements; la légende est à peu près semblable: [sigillum]: STOH'IS: ARCHIEPI/SCOPI: VIENNENSIS:;--le troisième est remarquable: long de 7 cent., il représente le prélat comme dans le précédent; la légende n'est guère différente: [sigillum]: S IOH'IS: ARCHIEPI/SCOPI. VIENNENSIS:; mais au revers se trouve un contre-scel de 5 cent., qui montre l'archevêque en pied comme dans le X<sup>o</sup> 1; il a pour légende: [sigillum] S: IOH'IS: ARC/HIEPI: VIENN'.

[2] Le doyen de l'église du Puy était à cette époque Guigues III de *Godeto* ou Hugues II (*Gallia Christiana* nova, t. II, c. 742).

[3] Le prévôt d'Oulx (dioc. de Turin) se nommait alors Martin.

[4] Honoré III, sacré le 24 juillet 1216, était à Viterbe du 28 janv. au 28 mai 1220 (D. BRIAL, *Rec. des Hist. de France*, t. XIX, pp. 692-6). Les sept bulles inédites qui suivent, comme le grand nombre que nous a laissé ce pape, le montrent intervenant avec autant de succès que d'empressement dans toutes les affaires de son temps (cf. *Notices & Ext. des mss. de la biblioth. impér.*, t. XXI, p.163 sqq.).

\* \* \* \* \*

XXIV. 13 décembre 1219.

[*Honorii III papæ commissio de excommunicatione Burgensis ecclesiae*][A].

Commissio per Honorium papam tertium facta archiepiscopo Viennensi, decano Aniciensi & præposito Ulciensi, ad cautelam [1] sententiæ excommunicationis & interdicti in ecclesiam & canonicos Burgi promulgatæ per abbatem de Droe[2] & ejus collegas delegatos apostolicos ad instantiam præpositi Valentini, ut audirent causam & terminarent. Cum olim quæstione mota, inter præpositum Valentini ex una & canonicos ecclesie Burgi partibus ex altera, super jurisdictione hominum Burgi & super eo quod canonici de negotiis & rebus ecclesie inconsulto præposito disponebant, causa fuisset a papa commissa abbati de Droe & ejus collegis. Tandem canonicis Burgi ad papam appellantibus, eandem causam ad ipsum delatam, procuratore præpositi & duobus de dictis canonicis procuratoribus ejusdem ecclesie coram papa constitutis, causam commisit cardinali Sancti Angeli qui protulit canonicos habere sufficiens mandatum ad eandem appellationem prosequendam; sed procurator præpositi, asserens eosdem canonicos esse excommunicatos per dictos judices, postulabat procuratores excommunicatorum repelli a procuratore hujusmodi. Ad quod canonici responderunt quod post appellationem ad papam interpositam, ipsi judices in ecclesiam Burgi interdicti & in eos excommunicationis (sententias) temere promulgarant, quibus dicebant se non teneri ex eo quia, cum coram ipsis iudicibus fuisset ex parte canonicorum exceptum se non debere conveniri per litteras obtentas, in quibus non fiebat mentio de compromisso concorditer in arbitrium facto super his de quibus inter eos quæstio vertebatur, necnon duos eorumdem iudicum esse concanonicos ipsius præpositi, quia eorum exceptiones non admittebant fuerat ad papam appellatum; sed illi, eorum appellatione contempta, contra eos processerunt: quare petebant dictas sententias denunciari irritas; procurator vero præpositi hæc negabat. Igitur papa his intellectis dictos canonicos apud eum constitutos ad cautelam fecit absolvi, mandans archiepiscopo Viennensi, decano Aniciensi & præposito Ulciensi, quatenus relaxatis ad cautelam dictis sententiis excommunicationis & interdicti, & revocato in irritum quicquid post appellationem attentatum, audiant causam & terminent. Datum Viterbii, idus decembris, pontificatus sui anno iiij<sup>o</sup>.

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 12.

[1] Absolution conditionnelle, dont l'efficacité est soumise à la justification de l'inculpé.

[2] *Sic*; il doit s'agir de l'abbé de Saint-Jacques de Doüe (Doa), au diocèse du Puy, qui figure dans le *Nécrologe de Saint-Robert* (ms. f<sup>o</sup> 59 v<sup>o</sup>).--L'abbé était alors *Ar.*, peut-être Armand.

\* \* \* \* \*

XXV. 23 janvier 1220.

[*Bulla Honorii III preposito Burgi jurisdictionem abbatis conferens*][A].

HONORIUS, servus servorum Dei episcopus (*sic*), preposito Valentinensi salutem. Significasti nobis, fili, quod in ecclesia Sancti Petri de Burgo per tuam preposituram abbas existis, sed prior & canonici correctionem tuam contemnunt recipere, de negotiis ecclesie te inconsulto presumunt disponere; unde postulasti ut tibi dignaremur concedere, quod posses contra tales autoritate nostra procedere &, quod archiepiscopo Viennensi & conjudicibus super dispositione ecclesie ab apostolica Sede commissum fuerat, dignaremur revocare. Nos igitur in prefata ecclesia tibi jurisdictionem abbatis plenariam conferentes, & eos qui inobedientiam (*sic*) abbati debitam tibi negaverint exhibere, & tuo assensu non habito de negotiis ecclesie presumpserint disponere, per censuram ecclesiasticam compescendo. Sane ne prior & canonici de negotiis ecclesie de cetero te inconsulto disponant, id quod archiepiscopo Viennensi & conjudicibus suis super dispositione ecclesie commisimus, revocamus. Datum Viterbii, X<sup>o</sup> kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

[A] Texte un peu altéré, conservé dans l'*Invent. rais.* f<sup>o</sup> 11 r<sup>o</sup>, où il est précédé de ce titre: *Concessio per Honorium papam tertium facta preposito Valentia, qui eidem contulit in ecclesia Burgi jurisdictionem abbatis plenariam.*

\* \* \* \* \*

XXVI. 8 mai 1220.

[*Honorii III commissio de falsificatione litterarum apostolicarum*][A].

Commissio per eundem Honorium papam III facta episcopo Portuensi[1], quatenus revocato in irritum quicquid fuerit attentatum, occasione quarumdam litterarum apostolicarum per ipsum papam falsarum deprehensarum[2], compelleret venire personaliter ad praesentiam ipsius papae cum qui litteras fabricavit vel easdem portavit, & tam praepositum Valentiae quam alios quos eis usos esse constiterit. Datum (Viterbii,) viij. idus maii, pontificatus nostri anno iiiij<sup>to</sup>.

[A] Analyse tirée de L'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 11 v<sup>o</sup>.

[1] Ce cardinal, légat du Saint-Siège, se nommait Conrad (ch. XXX n.); il remplit des légations contre les Albigeois & les Sarrasins, & après avoir été abbé de Clairvaux, puis de Cîteaux, il fut nommé évêque suburbicain de Porto par Honoré III en 1219, & mourut en Palestine l'an 1227; il figure aussi dans le *Cartulaire* de Saint-Félix & le *Codex diplomaticus* de l'ordre de Saint-Ruf.

[2] La falsification des lettres apostoliques emportait excommunication majeure, avec absolution réservée au pape (*Décret.* GREG., lib. V, tit. xx *de crimine falsi: Corp. Iur. Can.*, t. II, c. 782 sqq.); la sentence fondée sur une bulle fautive ne devait point être exécutée (*ibid.*, cap. 2), & l'ecclésiastique qui en avait fait usage était privé de son office & de ses bénéfices (*ibid.*, cap. 7).

\* \* \* \* \*

XXVII. 22 mai 1220.

[*Honorii III commissio de canonicis non residentibus*][A].

Bulla Honorii papæ III habens in substantia, quod duo de canonicis Burgi residentes in ecclesia Valentiae præsumebant impedire ne alii canonici in Burgo residentes tractarent negotia ecclesiae sine eorum assensu. Quocirca papa mandat cantori & archidiacono Viennensi[1], quatenus causam audiant & fine canonico terminent. Datum Viterbii, xj kalendas junii, pontificatus sui anno iij<sup>o</sup>.

[A] Analyse prise dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 13 r<sup>o</sup>.

[1] Étienne de Montluel était à cette époque archidiacre de Vienne & de Cantorbéry (CHARVET, *Hist. de la S<sup>te</sup> église de Vienne*, p. 385).

\* \* \* \* \*

XXVIII. 27 mai 1220.

[*Honorii III papæ bulla pro canonicorum residentium ordinationibus*][A].

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori & capitulo Sancti Petri de Burgo Valentie, salutem. Ex parte vestra fuit nobis propositum, quod quidam canonici vestri raro vel nunquam in ecclesia vestra residentes dedignantur rectis dispositionibus capituli consentire, propter quod profectus ecclesie multipliciter prepeditur. Cum igitur turpis sit pars suo toti non congruens, imo nec pars sit etiam nominanda que ab integritate recedit[1], autoritate presentium vobis indulgemus ut, non obstante dissensu vel contradictione temeraria pauciorum, quod a maiori & saniori parte canonicorum residentium ordinatur, ratum habeatur & firmum, nisi aliquid rationabile a paucioribus residentibus objectum fuerit & ostensum, quare id fieri non debeat vel non possit. Datum Viterbii, vj. kalendas junii, pontificatus nostri anno quarto.

[A] Texte extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 13 v<sup>o</sup>, où il est précédé de ce titre développé: *Bulla alia ejusdem Honorii papæ III qui, audita supplicatione capituli Burgi continente impedimentum dictorum duorum canonicorum, indulxit eidem capitulo ut id quod a majori & saniori parte canonicorum in ecclesia Burgi residentium ordinatur, firmum & ratum habeatur. Ita dicens, etc.; & suivi de cette note: Habet ecclesia unum vidimus factum anno M<sup>o</sup> cclxxxvj<sup>o</sup> & vj<sup>o</sup> nonas maii (2 mai 1296), cum appositione sigilli officialis Valentiae.*

[1] Axiome formulé par le pape Innocent III en 1200 (*Décret.* GREGOR., lib. IV, tit. iv, cap. 5: *Corp. Iur. Can.*, t. II, c. 647; cf. BALUZE, *Epist. Innoc.*, t. I, p. 601).

\* \* \* \* \*

XXIX. 30 mai 1220.

[*Honorii III commissio contra falsificatorem litt. ap.*][A].

Rescriptum apostolicum, continens quod dictus Honorius papa III asserit se reperisse esse falsas quasdam litteras apostolicas, quibus præpositus Valentiae pro se usus fuit contra priorem & canonicos Burgi, eosdem excommunicando. Quocirca per hoc rescriptum papa mandat archiepiscopo Viennensi, quatenus puniret eum qui litteras fabricavit vel reportavit. Datum Viterbii, iij<sup>o</sup> kalendas junii, pontificatus ipsius papæ anno quarto.

[A] Analyse tirée de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 12 r<sup>o</sup>.--Voir ch. XXVI, n. 2.

\* \* \* \* \*

XXX. octobre 1220.

[*Geraldi episcopi Valentini sententia arbitralis de juribus et obligationibus præpositi Valentie et ecclesie Burgi*][A].

[Habemus] quandam cartam sententiæ arbitralis, per dominum Guillelmum[1] episcopum Valentie prolatae, super quæstione vertente ex una parte inter ecclesiam Burgi, & ex altera Lambertum præpositum Valentie. Ipse autem episcopus dixit per arbitrium statuendo, quod ordinatio negotiorum ecclesie ad priorem & canonicos pertineat abbate inconsulto, nisi monitione præmissa ab ipso præposito in aliquo negotio ecclesie negligentes extiterint: nam tunc cum eisdem debet illud negotium diffinire.--Item quod jurisdictio, tam civilis quam criminalis hominum ecclesie commorantium in terra communie, penes priorem & canonicos remaneat.--Item quod super domo Helemosinaria, & ecclesia Sancti Apollinaris prope Rodanum, & decimas in Marisco, & avena censuali in mansis, & chabaneris & domo Bozonis, & dominio domorum adjacentium usque ad furnum, & super redditibus quos ecclesia percipiebat in Chirossiis: scilicet x. denarios, & in orto Petri Vion xvj denarios, & in orto delz Croses iiij solidos, & in Javeysano iiij<sup>or</sup> sestaria siliginis & iiij<sup>or</sup> solidos, & in alia parte quatuor cyminatas siliginis & ij solidos viij denarios; & super possessionibus & redditibus aliis de quibus instrumenta ecclesie faciunt mentionem, & super omnibus his quæ prior & canonici possidebant tempore Heustachii præpositi: nec ipse præpositus nec successores sui poterunt de cætero in aliquo priorem & canonicos molestare.--Item quod dominium portarum sit ecclesie, & claves communiter tam ex parte ecclesie quam præpositi alicui committantur.--Item quod ea quæ respiciunt communem utilitatem totius villæ tractentur communiter ab ecclesia & præposito.--Item quod præconizentur per villam expresso nomine abbatis, prioris & vicarii.--Item quod ecclesia solvat præposito in quolibet festo sancti Apollinaris vij libras ad faciendum librationem ecclesie eodem die.--Item quod medietas calcatorum[2] d'Ars, domini & census ejusdem, pro quo preciabatur ecclesie xv solidos & libra piperis census, præposito remanebunt.--Item quod fossata a porta curerie usque ad enclausas erunt præpositi, alia autem fossata quæ sunt usque ad Rodanum ecclesie remanebunt.--Item processio debetur præposito noviter instituto.-- Item quod confirmatio prioris pertinet ad præpositum.

Hæc autem compositio a dicto episcopo facta fuit & ab utraque parte recepta in estris[3] episcopalibus, quam per arbitrium jussit fieri sigilli sui munimine roboratam, anno Domini millesimo CCXX., mense octobris.

[A] Analyse extraite de *l'Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 6 r<sup>o</sup> (*Cartul.* fol. clxxxvj), qui la fait suivre de cette note (f<sup>o</sup> 7 v<sup>o</sup>):

Quatuor alias cartas seu instrumenta habet ecclesia unius ejusdemque tenoris & datæ hujus cartæ supra mentionatæ. Ulterius quod dominus Conraldus, episcopus Portuensis & Sanctæ Ruffinæ papæ legatus, confirmavit dictam sententiam arbitralem, prout large satisque abunde continetur in duabus cartis seu instrumentis unius & ejusdem tenoris ac substantiæ, & quælibet carta incipit *Conraldus*, & fuit datum apud Valentiam, anno Domini M<sup>o</sup> ccxxij<sup>o</sup>, nonas julii (7 *juil.* 1222).

[1] Il faut lire *Geraldum* (ou *Gerondum*): le copiste a sans doute pris *G.* pour l'initiale du nom de Guillaume de Savoie son successeur (ch. XXXIII, n. 1), qui dans les chartes commence toujours par un *W.* Géraud, évêque de Valence en 1220 (*Chronicon* d'ALBÉRIC de Trois-Fontaines & *Cartul. de Saint-Félix*), fut nommé patriarche de Jérusalem par le pape Grégoire IX, le 28 avril 1227, & mourut le 7 septembre 1239; voir, sur ses écrits, *l'Histoire littéraire de la France* (t. XVIII, p. 103).

[2] Ce mot aurait désigné dans notre province une mesure agraire (*Lexic. man. inf. latin.*, c. 387).

[3] De *extra*; *atrium*, anciennement *estre*, cour.

\* \* \* \* \*

XXXI. 5 décembre 1220.

[*Confirmatio reformationis ecclesiae Sancti Petri ab archiepiscopo Viennensi peractae*][A].

Confirmatio Reformationis ecclesiae Sancti Petri de Burgo per cardinalem Portuensem episcopum papae legatum[1] facta, continens quod archiepiscopus Viennensis, juxta commissionem sibi per eundem legatum factam, ad reformationem ecclesiae Sancti Petri processit ut sequitur, in qua reformatione peregit vj:--Primum statuit ibi numerum quindecim canonicorum;--tum assignavit communiae ecclesiae molendinum & redditus ipsius & lxx<sup>a</sup> solidorum quae sunt in Valentia, quae non sunt inter canonicos distributa, reliqua dividens inter canonicos residentes;--tum approbavit consuetudinem quam habebant ut redditus defuncti canonici primo anno post ejus decessum fabricae ecclesiae deputentur;--statuit etiam ut canonici residentes ibi completorium Dominae Nostrae sicut horas decantent;--tum statuit ut si quis canonicorum vel clericorum ibi residentium officium sibi in tabula[2] assignatum exsequi cessaverit, libra[3] ipsius ecclesiae deputetur;--tum sub poena excommunicationis singulis injunxit ut ordinationem praedictam observent, contradictores & rebelles excommunicando. Igitur praefatus legatus dictam reformationem confirmavit, attentantes contra haec excommunicando, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>, nonas decembris.

[A] Analyse extraite de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 14.

[1] L'évêque de Porto était alors Romain Bonaventure qui succéda à Conrad (ch. XXVI, n. 1.) en 1227, eût deux légations en France & une en Angleterre, & mourut en 1243.

[2] Tableau indicatif des chanoines qui devaient officier dans les cérémonies de chaque semaine: les archives de la Préfecture conservent plusieurs de ces *ordo* à l'usage de l'église du Bourg.

[3] Distribution faite aux membres de la collégiale en raison de leur office.

\* \* \* \* \*

XXXII. 4 décembre 1223.

[*Bertrandi Diensis electi pronuntiatio inter ecclesiam de Burgo et Chabertum Pilosi*][A].

B. Dei gratia Diensis electus[1], omnibus ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Ad noticiam omnium volumus pervenire, quod Chatbertus Pilosi, occasione quarumdam litterarum quas obtinuerat a domino Portuensi apostolice Sedis legato, proponebat assignationem quorundam reddituum ecclesie Sancti Petri de Burgo sibi factam fuisse ab eo, videlicet quartam partem in portu Rodani quam nos tenebamus quondam ab ecclesia Sancti Petri de Burgo, & mansum Garnerii cum decimis & omni proventu quem ibidem percipiebat predicta ecclesia; & econtra canonici de Burgo multiplici ratione se defendebant. Tandem in nos compromiserunt, hinc inde prestito sacramento ut nostre diffinitioni starent & mandato; & pro parte sua iuravit Chatbertus Pilosi, & ex parte ecclesie iuraverunt hoc idem W. Arnaldi, Girbertus, Jo. de Tolosa, W. de Cleriaco maior, Chatbertus de Alexiano, W. Cell(erarius), W. de Cleriaco minor, Vgo Richardi, Petrus de Belregart, canonici. Qui, inquam, eorum recepto sacramento, diffinimus in hunc modum: Chatbertus Pilosi reddidit litteras domini legati in manu nostra, quas obtinuerat de hujusmodi beneficiis, & renuntiavit omnibus litteris & omni auxilio quod obtinuerat a legato, ipse vel alius pro eo sub hujusmodi beneficiis obtinendis. Econtra ecclesia, quia litteras suas ad manum non habebat, debuit litteras suas reddere ex mandato nostro in manu prefati Girberti, ut ipse easdem corrumpere vidente Chatberto Pilosi, & ecclesia de mandato nostro eidem C(hatberto) assignavit mansum Garnerii cum dominio & decimis, denariis & aliis omnibus redditibus eidem manso pertinentibus, exceptis sex modiis[2] vini qui sunt de super augmentis que fecerant possessores qui sunt ecclesie; & quarta pars portus Rodani quam nos solebamus tenere a predicta ecclesia, est ecclesie in perpetuum sine omni contradictione Chatberti: una tamen pea[3], quam tenebat Girbertus in manso Garnerii, ab exactione Chatberti Pilosi immunis erit; & preterea precepimus quod xl. solidi, qui expensi fuerant a

quibusdam ecclesie canonicis pro litteris obtinendis, a procuratoribus ecclesie reddantur ipsis canonicis, omni occasione postposita. Hec omnia precepimus sub sacramento nobis exhibito, ut ab utraque parte fideliter teneantur sine omni dolo & fraude, prout melius & sanius potest intelligi & litteras ipsius Chatberti de voluntate ipsius corrupimus, ne aliquid ecclesie preiudicium generarent. Precepimus etiam sub eodem sacramento quod, si prior hanc compositionem vellet infringere, canonici predicti essent cum Chatberto & partem eius foverent. Sane prefati canonici promiserunt sub sacramento specialiter prestito nobis consentientibus, ut si aliquid esset datum ecclesie pro anniversariis mortuorum vel acquisitum ex denariis qui dantur pro eis vel in posterum daretur vel acquireretur, nulli decetero detur in beneficium neque aliquis canonicorum sibi petat dari vel alii, immo petentibus contradicat. Hoc idem dictum est de his que nunc temporis tenent canonici datis vel acquisitis pro anniversariis mortuorum, ut nulli in beneficium tribuantur si ad communiam devenerint, defunctis canonicis vel religionem ingressis, nisi forte ille qui dederit voluerit dare in beneficium alicui. Facta fuerunt hec, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXIII<sup>o</sup>, pridie nonas decembris, in presentia testium: B. Monetarii, prioris de Castro Dupplo, Vgonis de Stella, canonici Valentini, Galberti & W. de Belregart junioris, militum, in domo nostra apud Valentiam, in camera inferiori. Et ne supra dicta aliquorum malicia processu temporis valeant perturbari, presens carta ad preces predictorum sigilli nostri est firmo munimine insignita.

[A] Transcription de l'original, parch. de 38 lig. coté XXXVII, qui porte au dos une analyse que nous croyons inutile de reproduire.

[1] Le siège de Die devait être vacant le 3 sept. 1223, date du décret des chanoines de cette église contre les meurtriers de leur évêque (COLUMBI, *Opusc. var.*, p. 298). Bertrand, simple élu de Die dans cette charte, dont le sceau portait cette légende: [sigillum] *Bertrandus electus Diensis*, était encore évêque en 1235. Il eût un autre sceau qui le représente en pied, vêtu de ses habits pontificaux, avec cette légende: [sigillum] *S. BERTRANDI. DIENSIS. EPISCOPI.*; & une bulle, que nous reproduisons dans la publication du *Cartulaire* qu'il fit rédiger en mars 1230 (ms. Biblioth. impér.).--N'oublions pas qu'un Bertrand d'Étoile (*de Stella*) a figuré comme chanoine du Bourg en 1214 (ch. XX & XXI).

[2] Le *muid* était une mesure de capacité très-variable selon les localités: pour les liquides, il valait en Bourgogne 320 litres, en Languedoc, 114 (cf. *Polyptyque de l'abbé Irminon*,--Prolégomènes par M.B. GUÉRARD, t. I, p. 183).

[3] Anciennement *péason*, en patois *pée* (de *pes*), mesure de superficie.

\* \* \* \* \*

XXXIII. circ. juin 1224.

*Declaratio facta per dom. episcopum Diensem de tribus partibus portus Rodani spectantibus*[A].

WILLELMO Dei gratia Electo Valentino[1], B. eadem gratia Diensis episcopus, salutem in Domino. Discretioni vestre notum fieri volumus, quod Guido de Cruszol & Giraudus Bastetz filius eius coram nobis proposuerunt, quod ecclesia Sancti Petri de Burgo quartam partem vilanategii in portu habere non poterat ex concessione Aldeberti, quia pater suus concesserat eidem dominium quod habebat in portu de Burgo tantum in vita sua: quod ecclesia negabat. Tandem ab utraque parte fuit in nobis compromissum, & Guido de Cruszol & Giraudus Bastetz prestiterunt sacramentum quod nostre starent diffinitioni & mandato; & nos multis assistentibus in camera vicarii diximus, quod medietatis vilanategii quam habuerat ecclesia a Barnardo de Belregart quartam partem habere possent, propter quartam partem domini, Guido de Cruszol & Giraudus Bastetz, si redderent ecclesie ccc. solidos a festo sancti Johannis tunc proximo in annum continuum, interim nullam infestationem ecclesie facere debebant: quod si non tenerent, concessio facta ab Aldeberto ecclesie debebat esse firma & valida. Post mortem Sazie, in altera medietate vilanategii quam Sazia habebat, quartam partem habere possent propter quartam partem domini, redditis ecclesie ccc. solidis infra annum post mortem



Sazie, & interim nullam infestationem debebant facere ecclesie in illa parte nec in aliis partibus: quod si non servarent, concessio facta ab Aldeberto debuit esse rata & firma. Et ita per sacramentum nobis prestitum eis injunximus, quod ecclesia[m] in portu de Burgo Valentie de cetero non infestarent, cum ecclesia tres partes tocius vilanagii habere deberet: medietatem tocius vilanagii propter medietatem tocius domini quam habebat in portu, quartam partem aliam propter concessionem Willelmi de Cruszol qui habebat quartam partem tocius domini portus.

[A] Transcription de l'original, parchemin de 14 lig., avec sceau de l'évêque Bertrand sur lemnisque. Le dos porte cette note que nous abrégeons: *Sentencia arbitralis, continens quod ecclesia habet in portu de Burgo tres partes vilanagii, videlicet medietatem domini..., aliam quartam partem propter concessionem Guillelmi de Cruceolo.... Ecce data istius carte fuit pretermissa.*--Cette lettre nous a été également conservée dans une ancienne copie, avec les chartes XX & XXI.

[1] Guillaume I<sup>er</sup>, fils de Thomas comte de Savoie, garda longtemps la qualité d'élu de l'église de Valence; il en est qualifié *ministre* en 1226 (COLUMBI, *Opusc. var.*, p. 266). D'après GUICHENON (*Hist. de Savoye*, p. 256) le pape Honorius III l'aurait nommé son légat en France en 1238 & transféré la même année à l'évêché de Liège; empoisonné bientôt après à Assise (d'autres disent à Brescia ou à Viterbe) par les ennemis de l'Église, son corps aurait été transporté à l'abbaye d'Hautecombe le 5 mai 1239 (COLUMBI, *ibid.* p. 270). Bien qu'en septembre 1238 il paraisse comme témoin de la concession d'un privilège par Frédéric II à l'église de Die sous le titre d'élu de Valence (*Tituli Dienses*, mss. Bibl. imp., f<sup>o</sup> 8 v<sup>o</sup>), il figure dans le catalogue des évêques de Liège du 22 juin 1238 au 3 octobre 1239, vraie date de sa mort (E.-Fr. MOOYER, *Onomastikon chronographikon hierarchiæ Germaniæ, Verzeichnisse der Deutschen Bischöfe*, etc., Minden, 1854, in-8<sup>o</sup>, p. 58): c'est qu'il conserva les deux sièges jusqu'à sa mort; son frère Boniface lui succéda à Valence.--Nous reproduirons le sceau qui pend à la présente charte & dont il faut lire la légende: [sigillum] S: Willelmi: ProCVRATORIS: ECCLesiE: VALEntINE.

\* \* \* \* \*

XXXIV. 11 août 1233.

*Compromissum ecclesie Sancti Petri et G. Basteti dominum (sic) Cruceoli, factum in dom. J. archiepiscopum Viennensem, super questionibus portuum Rodani quas habere possent*[A].

NOS J. prior & capitulum ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie ex una, & Ego G. Bastetz dominus de Cruszol ex alia, compromittimus absolute in domnum J. archiepiscopum Viennensem, super omnibus controversiis & querelis motis & movendis usque ad festum Sancti Andree proximo venturum, que vertuntur inter nos vel verti possunt, & specialiter super querela portuum Valentie: promittentes per stipulationem stare mandato suo sive arbitrio, seu dicto sive diffinitioni, ut quicquid ipse super predictis dixerit, mandaverit aut arbitratus fuerit..., prout sibi placuerit, ratum & firmum habeamus in perpetuum; abrenuntiantes omni exceptioni que nobis posset competere ratione messium & vindemiarum, & etiam sollempnium feriarum, videlicet Dominicorum dierum & natalis apostolorum & aliarum sollempnitatum[1], pena centum librarum interposita, cui dom. archiepiscopus mandav[er]it persolvenda ab ea parte que ipsius mandato nollet obtemperare, nichilominus suo dicto sive arbitrio seu mandato sive diffinitione firma & stabili permanente. Et nos W., Dei gratia electus Valentinus, in cujus dominio omnia de quibus est controversia continentur, hoc compromissum volumus[2] & concedimus, & ut ea que a dom. J. archiepiscopo dicta sive arbitrata vel mandata seu diffinita fuerint firma & inconcussa perpetuis temporibus permaneant, fideiussor nos obligamus pro utraque parte, & Willelmus de Clariaco sacerdos pro parte ecclesie, & pro parte G. Bastet Michael capellanus Valentinus. Et ad huius compromissi firmum testimonium, huic carte sigillum nostrum jussimus apponi, & sigilla predictæ ecclesie & G. Bastet. Actum anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> III<sup>o</sup>, tercio idus augusti.

[A] Extrait de l'original, parch. auquel pendent trois longues lemnisques: le sceau de Giraud Bastet subsiste

seul (cf. ch. 111, n. 2); avec le titre que nous avons donné, le dos porte cette note: *De portu Rodani; sed non fuit facta ordinatio per dom. archiepiscopum*. Le légat Jean de Brenin ratifia cependant la transaction intervenue entre les parties en 1238 (ch. XXXVI).

[1] D'après le droit, cette renonciation semblerait nulle: les juges ne peuvent prononcer leurs sentences les jours de fêtes instituées à l'honneur de Dieu & des saints, *etiam de consensu partium*, si ce n'est *ob necessitatem vel pietatem* (*Decret. GREG. IX. lib. II, tit. IX de seriis, cap. 5: Corp. Iur. Can., t. II, c. 250*).

[2] Ce mot est suivi de *mandamus*, annulé dans le ms.

\* \* \* \* \*

XXXV. juillet 1234-12 novemb. 1236.

*Divisio rerum Alberti et Odonis Alamanni fratrum*[A].

ANNO Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup>, mense julii, Grossa uxor quondam Arberti Alamanni, & filii sui Arbertus & Odo majores xxv annis, de consensu ipsius Grosse, ita super divisione rerum paternarum atque maternarum unanimiter convenerunt: videlicet quod Arbertus haberet in perpetuum pro portione sua totum tenementum patris sui, quod quondam eidem dederat pater suus cum uxorem duxit & postea in ultima voluntate sua cum omnibus suppellectilibus ejusdem, preter duos lectos ex toto munitos quos de illis habebit Odo frater suus; item habebit dictus Arbertus quatuor peas vinee que sunt in manso Nautes, quarum due pee sunt inter la Pelofencha & vineam B. Disder, alie due inter vineam W. Seignoret & vineam B. Disder: sed ex eis iiij<sup>o</sup> faciet Odoni fratri suo ij sextaria frumenti & xii. denarios annuatim; similiter & las Pelofenchas & duas partes tinarum[1] & vasorum, & terciam partem habebit Odo; & propter hoc quitius erit idem Odo ab omnibus debitis que debebat pater eorum & de illis que expenderat de dote ipsius Arberti filii sui, & faciet expensas funeris matris sue Grosse. Odo vero habebit omnes res alias que fuerunt matris sue Grosse: videlicet tres vineas que sunt in manso Nautes, quarum una adheret vinee P. Chastillo ab austro (*sic*) vinee W<sup>o</sup> de Sancto Michaele a parte boree, altera adheret ab austro vinee P. Chastillo, a borea vinee W. Silvestri, altera adheret vinee W. Silvestri ab austro, a borea vinee P. Chastillo; & census quos percipiebat in eodem manso, scilicet xi. saumaas[2] & vij cartas & dimidium vini meri, & xii sextaria frumenti minus unam cartam, & xvi. solidos & ix. denarios censuales; & ij sextariatas terre quas habebat in eodem manso Nautes: sed pro his faciet diem anniversarium de iiji. denariis & ii. & i. in ecclesia Sancti Petri de Burgo pro patre & matre sua, & alterius anniversarii quartam partem: & quilibet predictorum fratrum de portione sua contentus fuit. Post mortem autem matris eorum Grosse, mediantibus amicis eorum Arnaudo Rufo canonico & sacerdote Sancti Petri necnon & Visello, hec eadem omnia ... ab utraque parte concessa fuerunt & approbata, & prestito corporaliter iuramento firmata..., in domo scilicet Petri de Brissiac, & in crastinum sancti Martini, anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXVI<sup>o</sup>, in presentia Bartolomei bajuli Valentini, B. de Vivalx, W. de Castro Bucco, P. de Castro Bucco, Philippi & Chastillo, Po. Otgerii & magistri P. scriptoris. Insuper ne aliquorum malitia presens factum valeat in posterum perturbari, facte sunt due carte per a. B. c. divise, & sigillorum domni S. prepositi Valentini & ecclesie Sancti Petri de Burgo impressionibus, de voluntate predictorum fratrum, sollempniter communitate.

[A] Extrait de l'original, parchemin de 19 lign., parti au côté supérieur au moyen des lettres A-F; sur le dos, avec une analyse que nous supprimons, se trouve cette note qui indique la raison de l'existence de cette charte dans les archives de Saint-Pierre: *F (facit) pro duobus beneficiis beate Caterine & beneficio beati Maximi simul unitis de manso de Nauteys de (leg. &) Pelozenchia*.

[1] En vieux franc *tinél*, grand vaisseau de bois pour mettre la vendange.

[2] *Saumata, sauma, sagma*, charge, fardeau.

\* \* \* \* \*

XXXVI. 18 mai 1238.

[*Compositio inter ecclesiam Burgi et Girdum Basteti dominum Crusseoli*][A].

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>, XV kalendas junii, cum controversia esset inter ecclesiam Sancti Petri de Burgo Valentie ex una parte, & Girdum Basteti ex altera, super portu Rodani Valentie: ecclesia siquidem asserebat se habere in dicto portu medietatem tocius domini & totum vilanatum, quod Girdus Basteti neguabat, & econtra petendo dicebat medietatem tocius domini & tres partes tocius vilanagii ad se pertinere. Tandem vero post multas altercationes dicta controversia, mediantibus Aquino & W<sup>o</sup> de Væscio canonicis Valentinis, auditis utriusque partis rationibus hinc inde propositis & diligenter inspectis, de prudentum virorum consilio, assensu & voluntate utriusque partis sopita est amicabiliter in hunc modum. Ecclesia habebit libere & absolute perpetuis temporibus duas partes tocius domini & duas partes tocius vilanagii portus predicti undique: qui portus protenditur ex utraque parte riparum a manso Saramandorum usque al Meias; & duas partes omnium proventuum & tocius alterius commodi, in omnibus que ratione portus vel usuatgii[1] portus obvenient, vel alio modo possunt vel debent ratione portus vel usuatgii portus obvenire, percipiet & habebit pacifice & quiete, & duas partes expensarum omnium comuniter faciet bona fide. Girdus Basteti vero habebit terciam partem domini dicti portus & terciam partem tocius vilanagii tantum, & terciam partem omnium proventuum & tocius alterius commodi, in omnibus que ratione portus vel usuatgii portus obvenient..., percipiet & habebit pacifice & quiete, & terciam partem omnium expensarum faciet communiter bona fide; & dictus portus communiter bona fide debet locari & conductori plus offerenti locabitur, unius partis cujuslibet contradictione non obstante. Et est sciendum quod ecclesia dedit Girdo Bastet quingentos solidos, & Basteto filio suo[2] centum solidos Viennenses, quos Arnaldus Ruffi procurator dicte ecclesie nomine ejusdem ecclesie plene persolvit & numerando peccuniam satisfecit utrique, & de dictis quingentis & centum solidis tenuerunt se plenarie pro paccatis, ecclesiam nichilominus & alios qui super hoc tenebantur eisdem pro ecclesia absolventes. Renunciantes expressim exceptioni non numerate peccunie & non soluti precii, & si quid juris seu requisitionis dictus Girdus in dictis duabus partibus portus habebat tam in dominio quam in vilanagio vel videbatur habere, totum dedit dicte ecclesie, remisit penitus & guerpivit, & in eandem ecclesiam transtulit; promittens per sollempnem stipulationem per se & suos successores Malleno de Podio Bosone priori recipienti nomine ecclesie, quod ipse Girdus vel sui nichil facient per quod dicte due partes ecclesie possint deteriorari, & quod nullo modo, nullo tempore ecclesiam vel homines qui in portu erunt nomine ecclesie decetero inquietent vel turbent vel molestare presumant, vel aliquam aliam per se vel per alios inferant violentiam. Hoc idem totum per stipulationem sollempnem promisit Mallenus prior Girdo Bastet nomine ecclesie & mandato capituli. Et ita de omnibus querimoniis quas super dicto portu hinc inde ad invicem faciebant pax est & concordia facta, amicabili compositione interveniente; quam pacem seu compositionem seu ordinationem se inviolabiliter observaturos & nullo modo, nullo tempore contra venturos predicti prior & capitulum, & Girdus Basteti & Aldebertus frater ejus, & Bastetus filius ejusdem Girdi, tactis sacrosanctis Evangeliiis juraverunt, dictam compositionem omologando. Actum in camera W. de Væscio, presentibus testibus Malleno priore, Ademaro cellarario, Guiguone Eruis, W. Chapairon, Arnaldo Ruffo, canonicis dicte ecclesie; W. Chastel capellano de Subdione, Guichardone clerico, W. Gualbert, Bertrando del Vilar militibus; Arberto bajulo de Crucuolo, Poncio Ao<sup>s</sup> Giraudo de Salis, Petro Ruffo, W. de Crucuolo & pluribus aliis. Nos vero J., Dei miseratione sancte Viennensis ecclesie vocatus archiepiscopus, apostolice Sedis legatus, hanc presentem compositionem, pacem seu ordinationem aprobamus & eidem auctoritatem ad utriusque partis instanciam impertimur, & ad majorem firmitatem & memoriam perpetuis temporibus obtinendam presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari; & Nos M. prior & capitulum ad eandem firmitatem perpetuam obtinendam, presentem cartam sigillo ecclesie Sancti Petri de Burgo (*sic*) fecimus communiri; & Nos Girdus Basteti, ut perpetuis temporibus presens compositio robor & firmitatem obtineat, huic presenti carte sigillum nostrum apponi fecimus; & Nos W<sup>us</sup> electus Valentinus, ad preces utriusque partis, presentem cartam fecimus sigilli nostri munimine roborari.

[A] Reproduction de l'original, charte partie A-E; les quatre sceaux sont encore pendants dans l'ordre suivant: l'archevêque de Vienne, l'évêque de Valence, le chapitre du Bourg, Giraud Bastet. Le dos porte une analyse reproduite avec le texte dans l'*Invent. rais.* (f<sup>o</sup> 42, sous la cote n. 23): *Bona compositio & concordia facta per eccl. Burgi cum Gir. Basteti dom. Cruceoli, super portu Rodani; & pertinent ecclesie due partes & tercia ... dom. Cruceoli, & non debent molestari illi de ecclesia a Giraldo, & si que expense fierent..., & debet locari communiter portus plus offerenti etc.*; & cette note: *mansus Saramandorum est grangia cum pertinentiis Gononi de Laone.* Une expédition de cette charte fut délivrée le 27 juin 1384; voici un extrait de ce *Vidimus de facto portus*:

In Xpisti nomine, amen. Nos Johannes de Bello Castro, canonicus ecclesie Valentinensis, utroque jure bacallarius, regens officium officialatus Valentie pro reverendo in Xpisto patre & domino dom. A. de Saluciis sancte Romane ecclesie cardinali, administratore ecclesiarum, comittatum & episcopatum Valentin. & Diensis, notum facimus ... quod nos vidimus, tenuimus ... quoddam prima facie publ. instrumentum, inpendentibus quatuor sigillis cera alba sigillatum, sanum..., nobis per vener. & circumsp. virum dom. dom. Durandum Champelli priorem secularem ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie exhibitum ... cujus tenor est talis:... quod quidem instrumentum, nos..., sedentes pro tribunali more majorum nostrorum in curia ven. capituli Valentin. super quadam catreda super qua sedere elegimus..., transcribi jussimus ... Acta fuerunt hec in curia dicti ven. capituli Valentin., die XXVII<sup>a</sup> mensis junii, indictione VII<sup>a</sup>, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> ottuagesimo quarto, testibus presentibus dom. Johanne Dodoti & Johanne Boreya, presbiteris Valentie; ego vero Petrus de Gado, de Alesio Valent. dioc. clericus, notarius publ. & curie Valent. juratus....

[1] *Usagium*, redevance, prestation coutumière.

[2] C'est le Giraud Bastet, II<sup>e</sup> du nom, du P. ANSELME (*Hist. gen.*, t. III, p. 702).

\* \* \* \* \*

XXXVII. 31 mai 1245.

*Carta de portu inferiori Rodani*[A].

NOVERINT universi presentes litteras inspecturi, quod anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> quinto, die mercurii post Ascensionem Domini, cum controversia verteretur inter Capitulum Sancti Petri de Burgo Valentie & Geraldum Basteti ex una parte, & Bovetum de Portu & Petronillam sororem suam & Audetam filiam quondam Michaelis fratris dicti Boveti ex altera, cui Audete pupille fuit datus tutor dictus Bovetus a curia Valentina, super vilanagio portus inferioris ad tegulariam: cujus portus duas partes vilanagii Arnaudus Rufus canonicus Sancti Petri de Burgo, factus & constitutus procurator a dicto Capitulo & a dicto G. Bastet super dicta controversia, dicebat ad dictum Capitulum pertinere & etiam ad dict. G. Basteti pleno jure: dicto Boveto pro se & sorore & nepte predictis e contrario proponente totum vilanagium dicti portus ad eosdem pertinere. Tandem post multas altercationes compromissum fuit ab utraque parte in nos Mallenum priorem Sancti Petri de Burgo & Vgonem Ysopi canonicum ejusdem ecclesie, tanquam in arbitros seu arbitratos vel amicabilem compositores, utraque parte promittente sub pena quingentorum solidorum Viennensium, quam penam pars parti stipulanti promisit, se atendere & servare bona fide quicquid super dicta controversia a nobis ... esset diffinitum, ordinatum, mandatum seu dictum...; penam vero ... pars que non observaret diffinitionem ... promisit se soluturam ... parti que ... observaret.... Insuper pro predictis omnibus observandis & atendum, juravit pro se & dicta nepte pupilla ... dictus Bovetus, & hoc idem juravit dicta Petronilla auctoritate mariti sui Columbi, & Petrus Cocci pro parte supradictorum; & pro eadem parte dati fuerunt fidejussores Bonetus Melluras & Willelmus de Preposito. Pro parte vero altera juravit dictus Arnaudus Ruffus, procurator dicti Capituli, in animam ejusdem capituli, [bona] etiam sua pro hiis servandis obligavit; & Stephanus frater suus fuit fidejussor. Sciendum preterea quod partes renunciaverunt expressim omni legum auxilio & omni juri canonico ... & omni privilegio clericali ... Nos vero dicti M. prior & V. Ysopi ... arbitri..., visis, auditis & diligenter intellectis petitionibus ... & responsionibus hinc inde factis, testibus etiam & instrumentis a partibus

productis, tandem ... de consilio peritorum pronuntiavimus duas partes vilanagii dicti portus ad dictum Capitulum & terciam ad dict. G. Bastet pertinere, eosdem Capitulum & G. Bastet in possessionem dicti portus inducentes & parti adverse perpetuum silentium imponentes. Actum Valentie in domo vicarii Valentini, anno & die quo supra, presentibus testibus Pon. vicario Valentino, Geraldo Bastet, æstachio de Morgis, magistro Willelmo de Clariaco, Petro de Dievajua, Ademaro Cellararii, Lantelmo archipresbitero, canonicis Sancti Petri; Willelmo Lamberti de Charpei, Vgone Rollandi, clericis; Petro Renco, Willelmo del Vilar, militibus; Poncio de Stella canonico Valentino, Johanne vicariolo, Auriolo & multis aliis. Ad majorem vero firmitatem & perpetuam memoriam supradictorum omnium, est presens carta ad preces utriusque partis sigillis curie Valentine & Poncii vicarii Valentini & dicti Malleni prioris Sancti Petri de Burgo & Vgonis Ysopi arbitrorum munimine communita.

[A] Extrait de l'original, parch. de 28 lig. coté n<sup>o</sup> 19; sur le dos se trouve cette analyse reproduite avec le texte intégral dans l'*Invent. rais.* (f<sup>o</sup> 44): *Pronunciacio arbitrorum facta super questione quam habebant capitulum Sancti Petri & Geraldus Basteti ex una parte contra Bovetum de Portu, Petronillam sororem suam & Audetam eorum neptem, super vilanagio dicti portus, quod dicti Bovetus ... afferebant ad se totaliter spectare; sed fuit pronunciatum quod due partes spectant ecclesie & tercia pars dicto Giraldo.*—Des quatre grosses tresses auxquelles étaient appendus les sceaux, la deuxième seule a conservé le sien: c'est celui du chanoine Hugues Ysopi: il est de forme ogivale, long de 3 cent. 1/2; les armes sont parlantes: une branche d'hysope, avec cette légende: [sigillum] SIGILLVM: HVG: VOPIS: C....

\* \* \* \* \*

XXXVIII. juin 1245.

*De censu altaris Sancti Andree de Burgo*[A].

Nos M. prior Sancti Petri de Burgo & capitulum ejusdem loci, notum facimus omnibus quod cum magister Villelmus de Sancto Remigio prior Sancti Felicis Valentini & conventus ejusdem loci fazuissent[1] omnes census, videlicet L.iiii<sup>or</sup> solidos Viennenses, quos percipit servitor[2] altaris Sancti Andree de Burgo in territorio quod dicitur abbacia, quod est de dominio Sancti Felicis, quia ut asserebant jam deciderant in commissum[3], eo quod servitores dicti altaris censum V<sup>e</sup> solidorum censualium, quos facere debent singulis annis dicte domui pro censibus supradictis, retinuisent per tres annos, & placitamentum etiam XX. solidorum, quod solvi debet similiter ab eodem servitore in muctatione tantum cujuslibet servitoris ipsius altaris, domui supradicte non solvisset Ricardus clericus qui erat illius altaris servicio deputatus, nec desazire vellent ullo modo dictus prior & conventus census proximo nominatos, nisi pena esset imposita servitori altaris Sancti Andree si censum v<sup>e</sup> solidorum & placitamentum xx. solidorum, ut superius est expressum, reddere differret ultra terminum ad hec solvenda assignatum. Tandem desaziverunt supradictos census ad instanciam nostram & ad preces L. archipresbiteri de Alexiano, capellani & canonici Valentini. Et nos talem penam imposuimus servitori sepesato, quod si ultra festum sancti Andree censum detinuerit memoratum, ulterius non percipiat libram solitam in ecclesia Sancti Petri donec de censu competenter satisfecerit domui Sancti Felicis; & eandem penam eidem servitori imponimus, si post mensem a susceptione administrationis dicti altaris placitamentum domui Sancti Felicis reddere distulerit supradictum. Recognoscimus etiam & fatemur, quod domus Sancti Felicis percipit decimam in toto illo territorio ubi sepedictus servitor percipit dictum censum; percipit etiam ibidem dicta domus placitamenta cum terre venduntur, sicut in aliis terris que sunt de suo pleno dominio hactenus percipere consuevit. Actum est hoc anno Incarnacionis Dominice M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, mense junii; in cujus rei testimonium presentem cartam sigilli capituli Sancti Petri de Burgo munimine fecimus roborari.

[A] L'original de cette charte, parch. de 26 lig. auquel pend une tresse en fils de couleur verte, fait partie du fonds du prieuré de Saint-Félix, qu'il intéressait plus directement.

[1] D'où notre français *saisir*; on rencontrera plus bas *desazire*: le *Lexicon inf. latin.* ne donne que *sazium*,

saisie.

[2] Origine de notre expression moderne *desservant* d'une succursale.

[3] Tomber en *commise*: état du fief qui, par le délit du vassal, pouvait être confisqué par le seigneur.

\* \* \* \* \*

XXXIX. 27 novembre 1254.

*De decima agnorum pastorum Lioncel, Sancti Felicis et Sancti Petri de Burgo*[A].

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen. Nos magister Johannes officialis Valentinus, amicabile compositor electus comunitate a magistro Willelmo priore Sancti Felicis Valentie[1] ex una parte, & procuratoribus ecclesie Sancti Petri de Burgo ex altera, in causa que vertitur inter ipsos super quadam decima agnorum in hunc modum. Asserit prior Sancti Felicis Valen..., quod oves pastorum Lioncelli jacebant tempore hyemali infra limites decimarie[2] Sancti Felicis, & postquam pepererant pastores transferebant fetas cum agnis suis in quoddam pratum quod est de decimaria Sancti Petri de Burgo ubi fuerunt ad tempus, & eedem oves cum agnis suis manserunt in parrochia seu in decimaria Sancti Felicis tempore quo agnorum decima percipi consuevit; & ideo dictus prior petit decimam dict. agnorum, cum domus Sancti Felicis eandem perceperit pacifice & quiete a tempore que non exstat memoria. Procuratores Sancti Petri de Burgo negant narrata, ut narrantur, & dicunt petita fieri non debere; item asserunt quod anno proxime preterito post Natale Domini, pastores Lioncelli fecerunt ramatam[3] in decimaria Sancti Petri de Burgo, ad quam ramatam deportaverunt oves fetantes & fetus, ita quod quam cito & ubicumque fetus facerent dicte oves, deportabant fetus & oves ad dictam ramatam; item dicunt & asserunt, quod pro majori parte illius temporis, videlicet a Natali Domini usque ad Pascha, paste fuerunt oves dict. pastorum infra limites decimarie Sancti Petri, unde dicunt quod propter hoc debent habere... decimam agnorum dict. ovium, quam petunt ... sibi adjudicari a nobis, domine judex; item asserunt quod ecclesia in cujus decimaria colliguntur & jacent oves fetantes cum fetibus debet habere decimam agnorum: hoc dicunt esse consuetudinem istius terre. Confitetur dictus prior omnia supradicta esse vera, excepta consuetudine quam negat. Nos vero, lite super hiis a partibus contestata, jurato de calumpnia, testibus ab utraque parte productis & etiam publicatis, concluso in causa a partibus supradictis, die veneris ante festum beati Andree assignata ad dictam causam amicabilem concordandam, ipsa die, coram nobis partibus constitutis & petentibus a nobis dict. causam jure vel concordia terminari, dictum priorem & dict. procuratores Sancti Petri dicimus intentiones suas super hiis que proposuerant fundavisse; unde ipsam causam diffinimus & ordinamus amicabilem in hunc modum: videlicet quod prior Sancti Felicis percipiat totam decimam agnorum quas oves fecerint in decimaria Sancti Felicis, licet deportati fuerint ad decimariam Sancti Petri, si ibidem non permanserint usque ad tempus quo decima agnorum levare consuevit, sed reportati fuerint seu reducti ad decimariam Sancti Felicis; & si de decimaria Sancti Felicis deportati fuerint agni ad decimariam Sancti Petri & ibidem permanserint tempore quo levatur decima, illa decima inter partes predictas comunitate dividatur; si vero aliquae oves fetus fecerint in decimaria Sancti Petri & ibidem permanserint seu inventi fuerint tempore quo levare decima consuevit, licet deportati fuerint ad decimariam Sancti Felicis, dicimus quod ecclesia Sancti Petri percipiat totam illam decimam; & si fetus quos oves fecerint in decimaria Sancti Petri ad decimariam Sancti Felicis fuerint deportati & ibidem permanserint & inventi fuerint tempore quo levatur decima agnorum, dicimus quod illa decima inter partes predictas comunitate dividatur. Actum Valentie, in curia episcopali, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> L. quarto, die veneris supradicta, presentibus testibus Johanne Torreti presbitero, Breissiaco sacrista Sancti Felicis, Poncio de Liberone canonico Sancti Felicis, Berengario; in cujus rei testimonium presentem cartam sigillavimus sigillo curie Valentine[4].

[A] Extrait de l'original, parch. de 21 lig., qui appartient également au fonds de Saint-Félix; il est mentionné sous le n. 81 dans l'*Inventaire* des titres de ce prieuré, f<sup>o</sup> 18.

[1] Guillaume (de Saint-Remy), prieur de Saint-Félix en 1245 (transaction avec les hospitaliers de Valence touchant la dîme des agneaux), l'était encore en novembre 1265.

[2] *Decimaria* indique également le champ soumis à la dîme & le droit de la percevoir.

[3] De *rama*, ramée, fagot, feuillée, hutte de feuillage.

[4] Nous avons fréquemment rencontré aux archives de la Préfecture le sceau de la cour de l'officialité de Valence; petit, de forme ogivale, il porte un dextrochère tenant une crosse de juridiction tournée à gauche & a pour légende: [sigillum] S. CVRIE:VALENTINE:.

\* \* \* \* \*

XL. 13 avril 1256.

[*Alexandri IV papæ commissio de causa inter capitulum Burgi et alios*][A].

Commissio per Alexandrum papam IIII. directa officiali Dyensis, quatenus audiret causam, & appellatione remota sine debito decideret, per Capitulum Burgi movendam contra priorem Sancti Felicis Valentiae, rectorem ecclesiae de Tornone, Genesium de Urro[1], Arnaudum de Castro Bucu, milites & quosdam alios Viennensis, Valentiniensis & Dyensis civitatum & dioeceseon, quia injuriabantur eisdem super quibusdam decimis, pecuniis, redditibus, terris, possessionibus & aliis rebus. Datum Lateranen., idibus aprilis, pontificatus sui anno ij<sup>o</sup>.

[A] Analyse tirée de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 14 v<sup>o</sup>.

[1] Gui d'Urre, fils de noble Guillaume, avait vendu la même année au prieuré de Saint-Félix les redevances (*taschas*) qu'il percevait dans les terres de cet établissement & au mandement de Montelier, pour le prix de 8 livres (*Invent. des titres de Saint-Félix*, f<sup>o</sup> 47 v<sup>o</sup>, n<sup>o</sup> 287).

\* \* \* \* \*

XLI. 4 novembre 1261.

[*Emphyteosis a praeposito Valentino abbati Leoncelli facta*][A].

NOS Guilhermus Hugo de Montilio prepositus Valentinus, notum facimus universis ... quod nos, pro evidenti utilitate prepositure nostre, damus & concedimus in perpetuam emphyteosim vobis fratri Andree abbati Lyoncelli, nomine ipsius monasterii Lyoncelli recipienti, & successoribus vestris, tres pecias nemoris sitas in Javaisano[1], in territorio quod vulgariter appellatur Perreyra, que contiguntur a duabus partibus nemoribus domus del Coogner[2], & ex altera vie publice qua itur versus Romanum; item & unam petiam terre sitam ibidem, contiguam ab una parte dictis nemoribus, & ex altera terre Sancti Petri de Burgo, & ex altera vie Romanis; item & aliam terram contiguam nemori Duranti Berbierii ex una parte, & ex altera campo nostro, & ex altera terre Petri de Sancto Bartholomeo; item & unam peciam nemoris sitam in territorio del Coig, que olim fuit Sancti Anthonii[3]; & generaliter omnes terras cultas & incultas, nemora, pascua, venationes, & quecumque olim a nobis tenuit seu a nostris antecessoribus domus Sancti Anthonii in dicto territorio de Javaisano, subtus viam & super viam; item & quandam peciam nemoris cum venationibus suis que est sita al Coig, & confrontatur ab una parte cum quadam terra domus del Coogner, & ex altera cum violo qui vadit ad pratum domus del Coogner: retento nobis & successoribus nostris in supradictis omnibus directo dominio & octo soludis Viennensibus censualibus, solvendis quolibet anno nobis & nostris in festo beati Appollinaris; & promittimus vobis ... quod nos predicta omnia vobis deffendemus ab omni inpetitore, & vos & vestros successores faciemus habere & tenere & pacifice possidere...; & confitemur & recognoscimus nos a vobis

habuisse & recepisse pro dicta datione & concessione decem libras Viennenses. Et est sciendum quod Stephanus & Hugo Richardi fratres, bajuli nostri, jus bajulie quod habebant in predictis dederunt, cesserunt & remiserunt dicto abbati in perpetuum, confitentes se habuisse a dicto abbate ... viginti solidos Viennenses; quare nos ... renunciamus.... Et nos G. decanus & capitulum Valentie..., considerantes predicta esse facta pro utilitate ecclesie Valentine, eadem approbantes, in signum approbationis presentibus licteris sigillum capituli Valentini duximus apponendum; & nos dict. prepositus ... sigillum nostrum ... Actum est hoc anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, die veneris post festum Omnium Sanctorum.

[A] Le texte de cette charte ne nous a été conservé que par la transaction du 6 mai 1531, dans laquelle elle fut insérée.

[1] Le monastère du Bourg avait dans ses dépendances l'église de Saint- Marcel de *Javeysans* (ch. XIII, n. 10).

[2] Le domaine du Cognier était une des principales dépendances de l'abbaye de Léoncel.

[3] L'ordre de Saint-Antoine de Viennois posséda anciennement plusieurs terres dans le Valentinois (*Archives de la Préfecture*).

\* \* \* \* \*

XLII. circ. 1261.

[*Census domus del Connors præposito Valentie*][A].

Le Connors fai al prebost iiii. libr. cessals païar a la S. Apolenar e dos fromaiges que devont valer vi. sols, par v. chabanarias e par lo claus prebostal Manaisa, e par una pessa de terra e par una pessa de pra que sont a Moillasola, e par tres pessas de bosc que sont Manaisa el loc que es appellas a Peireira, e tochant se de doas partz al bosc del Connier e d'autra partz a la via publica de Rotmas; & par una pessa de terra aqui meesme, que se ten d'una partz al bosc davandit, & d'autra partz a la terra de S. Pere de Borc, & d'autra partz a la via de Rotmas; & par aultra terra que se ten d'una partz al bosc de Durant Berbier, & d'autra partz al champ del prebost, & d'autra part a la terra deu Jon. de Saint Bartalmieu; & par una pessa de bosc que es el terraor del Coing, qui se saienreire de S. Anthoni. Et generalmente per totas las terras cotivas & non cotivas, box, pasquers e chassas; & par totas las chausas que tenian saienreire dels prebost li maisos de S. Anthoni el dit terraor de Javaisa de sotz la via & de sobre la via; & par una pessa de bosc en las chausas que es al Coing, e tocha se d'una partz an la terra del Conier & d'autra partz an lo viol qui vai al pra de la maiso del Conier: retengu al prebost & sos successors en totas las chausas que sont dechas la seignoria & par las pasquers de la Chalm & de tota la prebostia.

[A] Cette notice en langue vulgaire est tirée de la transaction du 6 mai 1531; sa date approximative est déterminée par la charte précédente dont elle reproduit la majeure partie.

\* \* \* \* \*

XLIII. 11 mai-4 juillet 1264.

[*Testamentum bone femine Mauricie uxoris Petri Jovencelli*][A].

NOS Eustachius de Deiadjutorio, canonicus & procurator ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentine, notum facimus universis presentibus & futuris, quod anno Domini M<sup>{o}</sup> CC<sup>{o}</sup> LX<sup>{o}</sup> IIIJ<sup>{o}</sup>, quarto nonas julii, oblata nobis quadam carta clausa, septem sigillis sigillata, totidemque signis & subscriptionibus subscripta & consignata, in qua dicebatur ultima voluntas bone femine uxoris quondam Petri Jovencelli, ad requisitionem Bartholomei Ruffi & Petroneti Jovencelli filiorum dicte bone femine, vocatis etiam omnibus



quorum intererat, presentibus testibus qui in dicta ultima voluntate dicebantur interfuisse..., sigilla sua ... per juramentum recognoscentibus..., adhibitis etiam aliis sollempnitatibus que debent in talibus adhiberi, dictam cartam ... aperuimus & publicavimus, cujus tenor talis est:

[sigillum] In nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, anno Incarnationis ejusdem M<sup>{o}</sup> CC<sup>{o}</sup> LX<sup>{o}</sup> IIII<sup>{o}</sup>, sabbato post dominicam qua cantatur *Juibilate*. Ego bona femina, uxor Petri Jovencelli, filia quondam Stephani Ruffi, sana mente licet infirma corpore, diem mortis mee cupiens prevenire, de bonis meis mobilibus & immob. ordino & dispono & testamentum meum seu ultimam voluntatem meam facio in hunc modum: In primis volo & precipio quod executores mei sedant clamores meos, solvant debita, elemosinas & legata, de bonis meis pacifice & quiete; heredes meos facio & constituo Bartholomeum clericum & Perronetum Jovencelli, filios meos, in vinea & terra que habeo in Carcusculis, que relinquo eisdem comuniter in hac forma: volo autem & precipio quod predicti heredes mei vel possessores dicte vinee & terre faciant in perpetuum singulis annis anniversarium meum in ecclesia Sancti Petri de Burgo de trecentis solidis cum libra & elemosina, prout ibidem consuetum est fieri pro CCC. sol., in cujus cimiterio meam eligo sepulturam; item volo & precipio quod dict. Bartholomeus filius meus habeat & percipiat C. sol. Viennenses, quos mihi debet Guenisius mercers, de quibus faciat expensas sepulture mee; item relinquo eidem B. filio meo xiiij. lintheamina & v. mapas que fuerunt Girberni de Riperia patris sui, de xvi. lintheaminibus que reddidit michi Petrus Jovencelli quando recessi ab hospicio suo; item relinquo eidem B. archam meam nucerinam; item relinquo eidem B. domum & casale que habeo in carrera, que quondam fuit Stephani Ruffi patris mei; item volo & precipio quod dict. B. filius meus habeat & percipiat fructus hujus anni predicte vinee de Carcusculis, cum ipse fecerit expensas dicte vinee anni presentis, & volo & precipio quod dict. Petronetus filius meus de predicta medietate vinee & terre de Carcusculis sit contentus nec quod amplius possit de bonis meis exigere seu habere; item volo & precipio quod executores mei vendant clamidem meam del pers vistent, & clamidem meam de bruneta nigra, & clamidem meam de flamine forti, & tunicam meam de bruneta: & de precio solvant duobus capellanis Sancti Petri & vicariis suis xxx. solidos Viennenses, quos sibi relinquo pro uno annuali, & cuilibet aliorum sacerdotum dicte ecclesie Sancti Petri, exceptis capellanis & vicariis suis, solvant unum tricesimum quod sibi lego; si vero aliquid residui fuerit totum distribuant executores mei in piis causis, secundum quod eis melius videbitur expedire. Ecclesie Sancti Petri lego v. sol., operi ejusdem ecclesie v. sol., pro lecto meo x. sol.; item Hospitali Sancti Jacobi Valentie lego unum lectum cum cultura & pulvini & duobus lintheaminibus & una flassata; item Petronille Corrigie nepti mee lego tunicam meam de ... & clamidem meam de more; Mauricie Corrigie nepti mee lego meum rozol. Executores hujus mee ultime voluntatis facio dom. Petrum de Chabannis & Guigonem de Podio sacerdotes, quibus dono plenam & liberam potestatem ... omnia faciendi que ego de bonis meis facere possem si presens essem, & dono cuilibet x. sol. pro labore suo. Hec est ultima voluntas mea, quam volo valere modis omnibus quibus valere potest ... Item lego Mauricie moniali Subdionis nepti mee supertunicale meum de flamine forti.--In quorum testimonium presentem cartam sigillari fecimus sigillo ecclesie Sancti Petri.

[A] Extrait de l'original, parch. de 37 lignes & demie, auquel pend le sceau de Saint-Pierre du Bourg sur lemnisque.

\* \* \* \* \*

XLIV. 18 septembre 1265.

[*Clementis IV papæ confirmatio privilegiorum*][A].

CLEMENS episcopus, servus servorum Dei, Priori & Capitulo ecclesie Sancti Petri de Burgo, salutem. Omnes libertates & immunitates a prædecessoribus vestris (*leg. nostris*), sive per privilegia sive alias indulgentias ecclesie vestre seu vobis concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum a regibus & principibus vel aliis Xpisti fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas juste & pacifice obtinetis, vobis & per vos ipsi ecclesie confirmamus. Si quis autem hanc paginam nostre confirmationis infregerit, indignationem Omnipotentis Dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli ejus se noverit incursum. Datum

Perusii, decimo quarto kalendas octobris, pontificatus nostri anno primo.

[A] Texte abrégé conservé dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 11 r<sup>o</sup>, où il est précédé de ce titre: *Bulla Clementis papæ IIII, per quam confirmavit omnia per prædecessores (suos) ecclesie Sancti Petri de Burgo concessa, ut sequitur...*

\* \* \* \* \*

XLV. 13 juillet 1267.

[*Clementis IV bulla de numero canonicorum*][A].

Bulla Clementis papæ IIII, confirmans numerum quindecim canonicorum, quem Joannes archiepiscopus Viennensis, autoritate R. Portuensis episcopi Sedis apostolicæ legati, in ecclesia Burgi statuerat, prout dicitur in præcedenti carta[1]. Datum Viterbii, iij<sup>o</sup> idus julii, pontificatus sui anno tertio.

[A] Analyse tirée de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 14 v<sup>o</sup>.

[1] Voir la charte XXXI.

\* \* \* \* \*

XLVI. 30 octobre 1269.

[*Carta*] *de facto portus Rodani*[A].

NOS magister Guillelmus, officialis Valentinus, notum facimus universis presentem cartam inspecturis, quod Petrus Chais, canonicus ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie ac procurator capituli ejusdem ecclesie..., nobis significavit quod, cum olim orta fuisset contencio inter Juvenem Chapus ex una parte & Bartolomeum Vincencii & Stephanum fratrem ejus ex alia, super quadam vendicione seu ascensacione obvencionum portus Rodani Valentie contingencium ecclesiam supradictam, quis ipsorum deberet preferri, dicta contencio terminata fuit seu sopita per magistrum Guillelmum de Verduno tunc temporis officialem Valentinum, in quem predictæ partes & predict. capitulum, una cum Andrea Bovinz canonico dicte ecclesie per se cum quibusdam aliis canonicis dicte ecclesie quorum intererat, dict. controversiam posuerunt tanquam in amicabilem cumpositorem finiendam & terminandam. Unde timens dict. Petrus procurator dicti capituli, ne processu temporis super dicta contencione sopita iterum questio oriretur; timens etiam mortem testium & absenciam diuturnam (eorum) qui presentes fuerunt, & ne posset sibi & capitulo supradicto probacionis copia deperire, peccit a nobis instantissime ... ut testes ... quos produxerat coram magistro Deodato, tunc temporis officiali Valentino,... publicaremus & dicta ipsorum in formam publicam redigi faceremus. Unde nos, considerantes quod juste petentibus non est denegandus assensus, cum nobis constaret per acta curie Valentine que agitata fuerant coram magistro Deodato, predictos Bartolomeum, & fratrem ejus & An. Bovini citatos fuisse ut venirent testes jurare visusi quos intendebat producere dict. procurator, dicto A. Bovini die assignata conparente, aliis silicet (*sic*) Stephano & B. Vincencii minime cumparentibus; dict. magister Deodatus super articulis traditis ... testes recepit, quorum articulorum tenor talis est:--Intendit probare Petrus Chais, procurator prioris & capituli Sancti Petri de Burgo Valen..., quod contencio orta fuit *ut supra*; item intendit probare quod Juvenis Chapus dicebat seu contendebat vendicionem seu ascensacionem dicti portus sibi fore factam fuisse ad duos annos, ab Avione tunc temporis procuratore dicte ecclesie; item intendit probare quod Stephanus Vincencii nomine suo & fratris sui... contendebat ... ascensacionem dicti portus sibi fore factam fuisse ad tres annos per A. Bovini tunc temporis procuratorem ecclesie predictæ, precio L<sup>a</sup> & trium librarum Viennensium; item intendit probare quod ... predicti ... posuerunt dict. controversiam in magistrum Guillelmum de Verduno, tunc temporis officialem Valentinum...; item intendit probare quod dict. A. confessus fuit se recepisse dictas L. & tres libras ex causa predicta coram dicto officiali ... & versas fuisse in

utilitatem ecclesie, dicto capitulo hoc negante; item intendit probare quod dict. officialis amicabile compositor, auditis hinc inde propositis, voluit & mandavit quod predicti Juvenis Chapus & fratres in simul habeant obventiones portus per duos annos; item intendit probare quod super L. & tres libras voluit & mandavit quod, si predict. A. posset ostendere infra quindecim dies quod predicta pecunia esset versa in utilitatem ecclesie seu capituli, dict. capitulum seu ecclesia teneretur ad reddendam predictae pecunie summam fratribus antedictis, alioquin dict. A. predictis fratribus teneretur satisfacere; item intendit probare quod dicte partes dict. mandatum seu voluntatem aprobaverunt; item ... quod tres anni sunt elapsi vel circa quod predict. mandatum fuit prolatum.--§ Dicta predict. testium sunt hec: Hugo de Stella t(estis) ju(ratus) inter(ro)gatus super primo ar(ticulo) ... nono, dixit per juramentum suum esse verum prout in eis continetur; inter(ro)gatus, quomodo hoc sciebat, dixit quod predict. omnibus interfuit & audivit; item de loco, dixit quod in curia episcopali, juxta parietem qui dividit curtem ospicii episcopalis & curtem que est a parte stabuli episcopalis; inter(ro)gatus de presentibus, dixit quod bajulus Valentinus, Ar. del Fraysse & dom. Lantelmus de Balma, Guillelmus del Chafac, Guillelmus de Clairiaco, Bernardus Martini, dom. P. de Deiajutorio, magister Helyas; inter(ro)gatus de tempore, dixit quod tres anni sunt elapsi post capitulum Sancti Petri de Burgo, quod celebratur in festo apostolorum Petri & Pa(u)li. Guilielmus de Clairiaco in(ter)rogatus, dixit ... idem per omnia quod primus; inter(us) de presentibus, dixit quod Arnaudus del Fraysse, Guilielmus del Chafal, & bajulus Valentinus & plures alii de quibus non recordatur. Ber. Martini ... sigillatim & singulariter... de ciencia, loco, & tempore & presentibus, dixit idem quod primus. Magister Helyas ... dixit super 1<sup>o</sup> art., quod bene vidit eos contententes ... in curia Valentina & quod quilibet eorum dicebat se preferre in dicta ascensione; super 2<sup>o</sup>, dicit quod vidit Augo recognoscentem quod ascensaverat dict. portum Juveni Chapus ad duos annos; item audivit ab A. Bovini quod ascensaverat dict. portum Bar. Vincencii ad tres annos, de precio non recordatur; super 3<sup>o</sup>, dixit quod bene audivit a Bar. Vincencii quod dictus A. ascensaverat sibi dict. portum ad tres annos & precio L. & trium librarum...; super 4<sup>o</sup>, dixit quod controversia fuit posita in magistrum Guillelmum de Verduno...; super 5<sup>o</sup>, dixit quod bene audivit dict. Andream confitentem quod dict. Bartolomeus satisf(ec)erat eidem ... & quod pecunia versa fuerat in utilitatem ecclesie, majori parte capituli seu saniori hoc negante; super 6<sup>o</sup>, dixit quod dict. officialis mandavit quod dict. Juvenis & fratres haberent dict. portum ad duos annos insimul, de forma non recordatur; super 7<sup>o</sup>, dubitat; super 8<sup>o</sup>, dixit quod bene credit quod partes aprobaverunt dictum dom. officialis; super 9<sup>o</sup>, dixit quod fere sunt tres anni elapsi quod hoc fuit. Dom. Petrus de Deiajutorio... dixit idem per omnia quod primus, & super 6<sup>o</sup> art., dixit plus quod dicti Juvenis Chapus, & Bar. & frater suus non receperunt mandatum quod continetur in pred. art....--Nos igitur, citatis primo dict. A. Bovini & fratribus, ut die martis ante festum Omnium Sanctorum coram nobis co(m)parent, visuri publicacionem dictorum testium, sedentes pro tribunali, publicavimus dicta testium ... productorum; quibus publicatis, ad eternam rei memoriam prebentes nostram auctoritatem, in formam publicam redigi fecimus.... In quorum testimonium nos dictus officialis, & ut major firmitas dicte publicacioni prebeat, ad preces dicti procuratoris, presentibus sigillum curie Valentine duximus apponendum. Datum III<sup>o</sup> kalendas novembris, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> nono.

[A] Extrait de l'original, parch. de 42 lig. d'une orthographe irrégulière, avec sceau pendant; au dos se trouve une analyse qui en résume la teneur: *Publicatio certorum testium examinatorum super ordinatione data per dom. offic. Valent., super questione quam hubuerant ... pretextu vendicionis obventionum portus Rodani, que vendite fuerant dict. partibus ad certos annos per diversas partes capituli, & queque pars litigancium petebat se preferri, etc.*

\* \* \* \* \*

XLVII. 6 décembre 1276.

*Transactio monasterii Lioncelli cum domno preposito Valentie*[A].

NOSCANT presentes & posterii quod, quoniam non solum interdum inter dubia fragiles hominum facile vacillant animi, sed etiam quandoque quod egerunt feliciter contrahentes demoliri moliantur impudenter contrahentium successores; decet utique viros altioris industrie universa eorum negocia cyrographorum

instrumentorumve litteralium perpetue memorie comendare, taliter ut ambiguitas inde quelibet abscedatur, & omnis delirandi refricandique occasio posteris precludatur. Idcirco pateat universis quod, cum materia questionis & querele moveretur & agitari speraretur inter venerabiles viros domnum Pe. Rostagni prepositum Valentie ex parte una, & fratrem Martinum Gebenne monachum monasterii Lioncelli ordinis Cyster(ciensis), subpriorem & procuratorem, syndicum vel actorem ejusdem monasterii, nomine ... abbatis & conventus Lioncelli ex parte altera, super territorio & pascuis dicti dom. prepositi & usu eorumdem, in cujus possessione & quasi sub annuo censu iidem abbas & conventus ... existebant & extiterant diu est a temporibus retroactis, ut idem frater Martinus asserebat; tandem communicato partium consensu mediatoribus viris venerabilibus & discretis, scilicet magistro Poncio Sablerii priore Sancti Petri de Burgo Valentie, & domno Hug(oni) de Stella canonico Valentino, dicta materia questionis & querele terminata est in hunc modum. Productis primitus per eundem fratrem Martinum pluribus testibus fide dignis examinatis, & exhibitis ... variis cartis sigillatis sigillis cereis pendentibus plurium antecessorum dicti dom. Pe. prepositi, quondam prepositorum Valentie; unde previsis & cum deliberatione plena & diligenti, consideratis depositionibus testium & cartis ab eisdem domnis priore & Hugone de Stella, ipsi concorditer pro bono pacis & concordie inter partes reformando cognoverunt ... mandaverunt & diffiniendo ... in scriptis hiis redigi ad perhempnem memoriam ... obtinendam preceperunt, abbatem, monachos & conventum monasterii & domus Lioncelli debere & posse uti decetero pascuis in territoriis prepositi & prepositure Valentie versus portum Confluentis & Chayssan & Javaysan in omni territorio ipsius prepositure, videlicet animalia sua & pastorum suorum & greges quorumcumque a(nima)lium suorum omni anno & tempore in ipsum territorium ubique inducendo, tenendo & pascendo secundum usum & consuetudinem (in) accensationibus pascuorum hactenus observatos; a claperiis vero & novis taillatis & dampnosis talis abstinendo, & pro hiis abbas & conventus ... Lioncelli donent & solvant ipsi Pe. preposito ... & prestare debeant annis singulis successive perpetuo ... in presenti civitate Valentie, inclusis ... censibus & usagiis hactenus ab ipsis dari & solvi (solitis) dicto preposito & suis predecessoribus, quatuor libras usualis & currentis monete in ista civitate Valentie[1] in bonis denariis numerandis, & duos caseos de melioribus caseis ipsius domus Lioncelli ad valorem sex solidorum de moneta supradicta: salvo tamen semper & retento usu & ingressu & egressu dict. pascuorum & territorii dicte prepositure solum modo ipsis prepositis & eorum hominibus & illis de Burgo Valentie & gregibus & a(nima)libus eorumdem, exceptis aliis quibusque alienis. Quod vero mandamentum, diffinitionem, statutum, ordinationem & pronunciationem,.. prout prolata sunt & recitata,.. partes ipse ... approbarunt in continenti, emologaverunt & acceptaverunt; & nos capitulum, facta nobis per dictos Pe. prepositum, & magistrum Poncium priorem de Burgo & Hug(onem) de Stella nostros concanonicos relatione de premissis & ostenso quod secundum suam intencionem premissa cedunt & cadere videntur ad commodum dict. prepositi & prepositure, supradictis omnibus auctoritatem prebemus & consensum, predicta omnia in porterum valitura concedentes & etiam confirmantes. Datum in festo beati Nicholai, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> sexto. In quorum testimonium & perpetui roboris firmitatem nos Pe. Rostagni prepositus & capitulum Valentinum carte presenti sigilla nostra duximus apponenda.

[A] Extrait de l'original, parch. de 26 lig. faisant partie du fonds de Léoncel où il était coté Le 508, avec cet autre titre au dos: *Carta prepositure de Burgo de pascuis & multis aliis.*

[1] Voir charte XVI, note 5.

\* \* \* \* \*

XLVIII. 22 juillet 1279.

[*Transactio inter præpositum Valentinum et capitulum Burgi super jurisdictione et aliis*][A].

IN nomine Domini, amen. Notum sit omnibus..., quod cum questionis materia esset orta inter Petrum Rostagni prepositum Valentinum, abbatem Sancti Petri de Burgo Valentie ex una parte, & capitulum Sancti Petri de Burgo ex altera, super eo quod dictus abbas asserebat confirmationem prioris ecclesie supradicte ad ipsum tanquam ad abbatem ipsius ecclesie pertinere, & quod ab eodem abbate prior de novo electus & ab ipso confirmatus ad dexteram ipsius abbatis debet in choro collocari, item quod prior eidem abbati debet

homagium & fidelitatem facere; rursus asserebat idem abbas quod quando prior & capitulum Sancti Petri sunt in aliquo negotio terminando negligentes totaliter seu remissi, quod tunc idem abbas, legitima tamen monitione premissa, ad illud negotium terminandum potest cum canonicis in capitulo interesse. Capitulo ecclesie supradicte ex adverso dicente, quod dictus prepositus sive abbas injuriabatur eidem ecclesie super quodam fossato quod proprium ipsius ecclesie asserebat, prout protenditur dict. fossatum a porta Curerie usque ad portam Mauriciorum; item super dominio cujusdam orti siti in territorio de Loisas, inter ortum altaris Sancti Apollinaris & ortum filie Chapusii macellarii quondam, alveo quodam intermedio; item super procuratione quam asserebat dict. capitulum eundem prepositum, quando fuit creatus de novo in prepositum, indebite recepisse in ecclesia supradicta, cum nec sibi nec suis successoribus ad dict. procuracionem ecclesia teneri debeat; item super eo quod prece Burgi Valentie debet preconisare in Burgo non expresso nomine prepositi, sed expressis nominibus abbatis, prioris & vicarii; postremo super eo quod idem prepositus non permittit ipsi ecclesie retinere ea que de feudis suis dicta ecclesia vult emere, vel eidem ecclesie donantur vel alias relinquuntur contra libertates & privilegia ipsius ecclesie Sancti Petri. Tandem cum de predictis questionibus & multis aliis inter se diutius litigassent, idem prepositus pro se & successoribus suis, de consensu & voluntate Gaufredi de Chasta decani & totius capituli Valentini ... ac nomine ipsius prepositure ex una parte, & dict. capitulum Sancti Petri de Burgo ex altera, unanimi voluntate & concordia ... compromiserunt in discretos viros G. Basteti abbatem Sancti Felicis, Lambertum de Montemayrano canonicum Valentinum, & magistrum Helyam de Salis, Johannem de Viriaco & Berengarium, canonicos ecclesie Sancti Petri de Burgo, tanquam in arbitros arbitratores seu amicabilem compositores, & sub pena centum librarum Viennensium...: prestito etiam hinc inde a partibus corporaliter juramento, quod stabunt & parebunt diffinitioni ... arbitratorum..., eorum arbitrium incontinenti emologabunt & perpetuis temporibus observabunt. Qui dicti arbitri, inquisita cum omni diligentia veritate..., inspectis instrumentis authenticis & privilegiis ecclesie, auditis etiam que partes proponere voluerunt..., componendo & arbitrando voluerunt & pronunciarunt: quod confirmatio prioris ad abbatem Sancti Petri & prepositum Valent. pertineat, prout etiam in authenticis ipsius ecclesie Sancti Petri dignoscitur esse conscriptum; & quod prior ab ipso abbate ad dexteram ipsius abbatis installari debeat, fidelitatem vero eidem abbati tantum ut ceteri canonici facere teneatur; jurisdictio autem omnimoda & potestas plenaria, cohercio & correctio clericorum ecclesie Sancti Petri & familie eorundem & omnium hominum ecclesie commorantium in terra ipsius & communie eorundem, libere & integre penes priorem & canonicos communiter remaneat pleno jure; sane si prior & capitulum in aliquo negotio capituli terminando fuerint negligentes totaliter seu remissi, tunc legitima monitione premissa, abbas ad illud negotium terminandum cum canonicis, si voluerit, poterit in capitulo interesse: ordinatio vero ecclesie & capituli & omnium negotiorum ejusdem ad priorem & canonicos pertineat libere & absolute, inconsulto abbate, ut ab antiquo fieri consuevit; fossatum vero predictum cum pleno dominio & jure ipsi ecclesie perpetuis temporibus in pace remaneat, & totum dominium & censa orti predicti; prece vero Burgi preconisare de cetero teneatur, expresso nomine abbatis, prioris & vicarii, & non faciendo mentionem de preposito Valentie; de acquisitione vero super feudis prepositi, ut ab antiquo erat, fuit similiter ordinatum, scilicet quod dicta ecclesia de voluntate prepositi super feudis suis possit acquirere & relicta sibi retinere, vel saltem post interpellationem prepositi infra biennium dicta legata, relicta seu acquisita eidem ecclesie vendere liceat vel in alium transferre; pro procuracione vero predicta ecclesia Sancti Petri de cetero abbati seu preposito noviter instituto centum solidos Viennenses semel solvere teneatur, quos prepositus in Burgo quando pompaticè ab ipsa ecclesia recipietur in prandio dicte procuracionis teneatur expendere, vel si prepositus maluerit quatuor libras eidem ecclesia in pecunia solvere teneatur. Verum ne discordia inter prepositum & ecclesiam Sancti Petri in posterum possit oriri super piscatione fossati ipsius ecclesie & fossati de las Esclausas dicti prepositi, sic extitit ordinatum: quod prepositus & ecclesia, vel ille qui fossatum ecclesie tenebit, semel in anno vel alias si concorditer hoc facere voluerint, aquam possint insimul vel alter eorum super fossatum per clausorium prepositi retinere ne intret fossatum dicti prepositi, & per tornatorium subtus pontem Mauriciorum possint dicta fossata & debeant exauriri: pro expensis vero quas dict. prepositus fecerat in tornatorio fossati ecclesie, dicta ecclesia septem libras Viennenses eidem preposito solvere teneatur: de quibus ecclesia eidem preposito plenarie satisfecit; & ita sit pax & finis & concordia ... inter partes. Que omnia ... partes ipse incontinenti emologaverunt, acceptaverunt & eadem servare in perpetuum ... ad invicem promiserunt; renunciantes...: salvis aliis compositionibus & capitulis que non contradicunt compositioni presenti. Actum xi<sup>o</sup> kalendas augusti, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> nono; & ad majorem &

perpetuam firmitatem predictorum habendam, presens carta sigillis dom. prepositi & ecclesie Valentine & Sancti Petri de Burgo de mandato predictorum extitit insignita.

[A] Le texte de cette charte est donné d'après un «Extrait a son original estant en parchemin deubement scellé & signé, exhibé & apres retiré par messire François Argueil, abbé & seigneur du Bourg les Valence ... pour servir ce que de raison au proces que led. sieur abbé a pendant en la seneschaussée de Valence..., ce 9<sup>e</sup> décembre 1643; signé Arguel abbé...»; il en existe une autre copie délivrée sur la requête de M<sup>re</sup> Denis Le Mercier de Rollet, prévôt de l'église cathédrale de Saint- Apollinaire de Valence, abbé de la collégiale de Saint-Pierre & haut- seigneur du Bourg, collationnée sur l'original par Calvin, notaire, le 14 juin 1680. L'*Invent. rais.* en contient une longue analyse, f<sup>o</sup> 7 V<sup>o</sup>- 9.--Voir la charte XXX, qui a le même objet.

\* \* \* \* \*

XLIX. 3 Septembre 1285.

[*Sententia prioris et correariorum in causa criminali*][A].

Habemus unum instrumentum sententiæ diffinitivæ in capitulo ratæ in causa criminali, continens in effectu quod domini Bernardus prior, Joannes de Viriaco & Chabertus de Alexiano, canonici & conrearii ecclesie Sancti Petri de Burgo, per deffinitivam sententiam deposuerunt & privarunt Joannem de Lugro canonicum & Guillelmum Odonis clericum a canonia, prebenda & clericatu, & beneficiis quæ obtinent in dicta ecclesia, quia invenerunt manifeste illos latrones malæ vitæ & conversationis. Receptum per magistrum Petrum Falqueti notarium, sub anno Domini M<sup>o</sup> CCLXXXV<sup>o</sup> & die lunæ post sanctum Julianum.

[A] Analyse prise dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 15 r<sup>o</sup>: *In primis habemus...*

L. 30 juin 1293 & 12-16-23 mars 1297.

[*Attestationum publicatio de prioris et canonicorum jurisdictione, imperio et coertione in homines Burgi*][A].

Ecclesia habet magnum quoddam instrumentum in quo sunt quinque pellæ publicationis attestationum testium pro jurisdictione prioris & capituli Burgi optimum effectuale, continens quod dom. Hugo de Ruppe presbyter, procurator dominorum Hugonis de Peyraudo prioris & canonicorum ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie, tradidit dom. Girardo de Passavent & Petro Galberti præposito de Crista, canonicis Valentie & Dyensis salutem in Domino charitatem. Causam quæ vertitur ex una parte seu verti speratur inter vos, & priorem & canonicos ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie ex altera, super mero imperio in homines dict. prioris & canonicorum, vobis & cuilibet vestrum simpliciter & de plano sine judiciario strepitu, omni mora & dilatione postpositis, committimus examinandam, audiendam & fine debito terminandam, ita quod, si ambo vestrum interesse simul nequiveritis aut nolueritis, alter vestrum plus prædictum negotium exequatur. Datum Nantuati, die martis post dominicam qua cantatur *Reminiscere*, anno Domini millesimo ducesimo nonagesimo sexto, cum appositione sigilli nostri.-- Qua littera a dictis commissariis perlecta & dicto mandato in se suscepto, præfatus procurator exhibuit eisdem instrumentum ejus procurationis receptum per Petrum Valerii notarium, sub anno Domini M<sup>o</sup> CCLXXXIIJ<sup>o</sup>, in crastinum beatorum Petri & Pauli apostolorum.--Postea, anno Domini M<sup>o</sup> CCLXXXVJ & XVII calendas aprilis, coram eisdem commissariis præfatus procurator comparuit, procuratorio nomine dict. dominorum prioris & capituli, dicens quod Lantelmus Aynardi, conrearius Valentie, nomine domini Episcopi & pro ipso spoliavit præfatos dom. priorem, canonicos & capitulum possessione seu quasi exercitio jurisdictionis meri imperii, videlicet quendam latronem, quem curia dicti prioris justi(fi)caverat suspendendo in territorio & districtu dict. prioris & capituli, dictus correarius per violentiam & cum armis secum detulit, & furcas dicti prioris combuxit seu comburi fecit & dictum latronem iterum ad furcas dicti domini episcopi suspendi fecit, in præjudicium & gravamen ipsorum prioris & capituli. Igitur dict. procurator tradidit dictis commissariis intentionem sequentem, super qua petit testes suos & probationes recipi & examinari, cujus intentio(nis tenor) talis est:--Intendit probare dom. Hugo de Rupe

presbyter, procuratorio nomine dom. Hugonis de Peyraudo prioris & capituli ecclesiae Sancti Petri de Burgo Valentiae, quod tam dict. prior quam praedecessores ejus nomine ipsius ecclesiae possederunt & adhuc possident per se vel per alios, per spacium temporis immemoratum, pacifice & quiete exercitium seu jus exercendi jurisdictionem criminalium quaestionum, tangentium etiam merum imperium in suburbio praedicto, in habitantibus delinquentibus in jurisdictione & districtu dict. prioris & canonicorum, puniendo delinquentes ibidem tam morte naturali quam criminali & civili, exceptis hominibus jacentibus in jurisdictione & districtu dom. episcopi & praepositi Valentiae & in dicto suburbio delinquentibus; item, quod de praedictis est vox & fama in dicto suburbio & vicis circumstantibus: protestans quod non astringit se ad omnia praedicta probanda, sed ea solum quae sibi sufficiant de praedictis.--Et facta dicta probatione a dicto procuratore, petit idem procurator nomine quo supra per eosdem commissarios decerni & declarari praefatos priorem & capitulum spoliatos fuisse a possessione seu quasi dicti suspensi, & dict. suspensum per dict. correarium eisdem fore restituendum & ad hoc compellendum per dictos commissarios, & in posterum prohiberi ne dictos priorem & capitulum in talibus & consimilibus in posterum praesumat perturbare seu etiam inquietare.--Dom. Guillelmus Truchardi testis juratus, interrogatus super dicta intentione, dixit quod ipse vidit, etc. Super qua intentione fuerunt producti & examinati, & inde publicati decem octo testes, qui inter caetera deposuerunt se vidisse in furcis prioris positus in Montata suspensum unum hominem & duos homines, & etiam hominem facientem falsam monetam, & hominem qui ducebatur ad patibulum propter homicidium unius hominis, sed prior illum dedit cuidam puellae Petronillae nomine in maritum, & comburi quandam mulierem quae occiderat Claremontem badellum prioris, & scindere pedem unius hominis, & fustigare unum hominem, & etiam in homines. Fuit facta haec attestatum publicatio per dictos auditores, ad instantiam Hugonis prioris Burgi & dom. Joannis de Viriaco conrearius (*sic*) ipsius ecclesiae, apud Valentiam, in domo habitationis dom. Girardi de Passavent canonici Valentin, & Dyensis, testibus praesentibus Michaeli Lamberti locumtenente correarii Valentiae, dom. Petro, etc., & recepta per magistrum Stephanum de Moyrenco notarium, anno Domini millesimo CCLXXXVJ<sup>{o}</sup>, die sabbati ante dominicam qua cantatur *Lætare Jerusalem*.

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>{os}</sup> 15 v<sup>{o}</sup>-17 r<sup>{o}</sup>: *Secundò....* Vers la fin on a mis en marge: *Prior Burgi cognoscit de crimine falsae monetae*.

\* \* \* \* \*

LI. 27 avril 1297.

[*Sententia de restitutione hominis suspensi*][A].

Aliud instrumentum Ecclesia habet sententiae latae super negotio in articulo supra proxime contento, continens quod cum quaestio verteretur inter dom. Joannem Valentinum & Dyensem episcopum ex una, & dom. Hugonem de Peyraudo priorem Sancti Petri de Burgo Valentiae & dom. Hugonem Rocha presbyterum, procuratorem dicti prioris & capituli dictae ecclesiae, parte ex altera, super eo quod dicti prior & dom. Hugo dicebant quod jurisdictio mera & mixtum imperium, & omnis cohertio tam civilis quam criminalis infra Burgum & extra per totam terram dict. prioris, ecclesiae & communiae eorumdem, pertinet communiter ad praefatos priorem & capitulum, & eidem asserebant illis injuriatum fuisse per nobilem Lantelmum Eynardi correarium Valentinum & per alios familiares dicti dom. episcopi, quia Joannem Vaner latronem, suspensum in furcis dictae ecclesiae, per curiales dicti prioris & ecclesiae propter sua delicta a dictis furcis removerunt cum armis & per violentiam, & alibi in furcis dicti dom. episcopi eundem suspenderunt in grande praedictum & gravamen dict. prioris & canonicorum; dicto correario & Petro Sotono procuratore dicti dom. episcopi in contrarium asserentibus & dicentibus, quod merum & mixtum imperium ad priorem & canonicos minime pertinebat. Tandem domini Girardus de Passavent & Petrus Galberti canonici Valentinensis & Dyensis, iudices dati a dicto dom. episcopo, ad eorum sententiam diffiniendam processerunt sic: Cum nobis constet per agitata in iudicio coram nobis praedict. priorem & canonicos intentionem suam legitime probasse, praedictum suspensum habitantem in terra & jurisdictione ipsorum prioris & canonicorum pronunciamus fore restituendum eisdem ipsumque suspensum eisdem restituimus per diffinitivam sententiam sententialiter cognoscendo. Ita facta fuit haec pronuntiatio Valentiae, in domo episcopali Valentinensi, in praesentia dicti

dom. episcopi, & recepta fuit per magistrum Stephanum de Moyrenco notarium, anno Domini millesimo CC. LXXX. septimo, sabbatho post octabas Paschæ.

[A] Extrait pris dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 17 I<sup>o</sup>: *Item....*, qui ajoute:

*Nota quod ecclesia habet duo alia instrumenta vocata vidimus transcripta a dicto instrumento originali sententiæ diffinitivæ in præcedenti articulo mentionato, quorum primum recepit magister Joannes de Peciaco notarius, sub anno Domini M<sup>o</sup>CCC.XV & die xii mensis aprilis; secundum vero recepit magister Bertrandus Arnulphi notarius, sub anno Domini M<sup>o</sup>CCCC.XX<sup>o</sup> & die xxvi mensis aprilis.*

\* \* \* \* \*

LII. 6 avril 1305.

[*Confirmatio præpositi de compositione cum domo Leoncelli*][A].

NOS Amedeus Basteti de Cruciolo prepositus Valentinus notum facimus universis..., quod nos visis & diligenter inspectis quibusdam compositionibus olim habitis inter predecessores nostros in prepositura predicta ex una parte, & religiosos viros abbatem & conventum Lyoncelli Cytercensis (*sic*) ordinis ex altera, in quibus invenimus quod prefatus abbas & conventus nobis & successoribus nostris faciunt & facere tenentur annis singulis quatuor libras Viannenses usualis & currentis monete in civitate Valencie, & duos caseos de melioribus caseis ipsius domus Lyoncelli ad valorem sex soludorum Viannensium, pro quibusdam mansis, terris, nemoribus, pratis, pascuis, venationibus cuniculorum que a nobis tenent in emphyteosim perpetuam sub annuo censu predicto, prout in prefatis compositionibus & licteris inde confectis plenius continetur; predict. compositiones & licteras nos predict. prepositus ratas habentes penitus atque firmas, ad petitionem religiosorum virorum fratris Martini Rocha prioris & fratris Poncii Guidonis cellararii dicti monasterii Lyoncelli, ex certa scientia... tenore presentium approbamus, ratificamus ac etiam confirmamus, promicentes bona fide ... observare & complere.... In cujus rei testimonium & roboris firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum, anno Domini millesimo tercent. quinto, octavo idus aprilis.

[A] Le texte abrégé de cette charte est fourni par la transaction du 6 mai 1531.

\* \* \* \* \*

LIII. 27 avril 1311.

[*Commissio episcopi super remissione nocentis*][A].

Commissio per dominum episcopum Valentiaë, data abbati Sancti Ruffi & abbati Sancti Felicis, cognoscendi super remissione per capitulum Burgi fieri petita de Stephano Amidonis, notario jurato curiæ officialis Valentiaë, per curiam ipsius dom. episcopi arrestato, quia in quodam instrumento sigillo curiæ officialatus Valentiaë sigillato signoque ipsius Stephani consueto signato vitium falsitatis dicitur commisisse, anno Domini M<sup>o</sup>CCC.XI<sup>o</sup> & die xxvii<sup>o</sup> aprilis.

[A] Analyse tirée de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 20 r<sup>o</sup>.

\* \* \* \* \*

LIV. 12 mars 1313 & 29 juillet 1329.

[*Remissio pontonarii portus Rodani correario Burgi*][A].



IN Xpisti nomine, amen. Per hoc publ. instrumentum evidenter cunctis appareat, quod anno Domini millesimo tricentesimo duodecimo, videlicet duodecima die mensis martii, indictione undecima, cum citatus seu adjornatus esset, ut dicitur, Johannes dictus Ruffus nunc pontonarius portus Rodani Valentie coram conreario Valentie, dom. Guillelmus de Cheveluco canonicus & conrearius ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie comparuit coram Perrino Durnasii nepote & locumtenente nobilis viri dom. Conradi Durnasii conrearii Valentie: qui dict. dom. Guillelmus allegavit & proposuit quod predict. adjornatus non tenebatur comparere nec procedere coram dicto conreario, quia non erat de jurisdictione dom. episcopi seu conrearii Valentie, ymo est & erat de jurisdictione conreariorum dicte ecclesie Sancti Petri, cum ipse sit & esset pontonarius portus Rodani Valentie & in omnes pontonarios dicti portus omnimodam jurisdictionem habent & habere debent & habuerunt eciam temporibus retroactis dicti conrearii. Et ad fidem faciendam ... exhibuit ... quandam litteram sigillatam sigillo bone memorie dom. Humberti episcopi Valentie...; qua quidem littera diligenter inspecta..., auditis eciam testimoniis multorum astancium..., predict. locumtenens, assistente sibi dicto iudice, remisit & deliberavit dict. adjornatum predicto dom. Guillelmo conreario ... pugniendum: cognoscendo ipsum & alios pontonarios quos dicta ecclesia habet in dicto portu esse de jurisdictione ecclesie Sancti Petri. De qua remissione.... Actum in domo dicta de vicaria, in qua tenetur curia Valentie, presentibus testibus dom. Jacobo Vagnardi canonico Valentie, magistro Aymone de Bersenay jurisperito, Francisco Bonthosi de Stella notario, Johanne de Turnone, Bonthoso Mayresii, Stephaneto dicto Panderoba badello curie Valentie, Guigone de Berlaut, Jacobo Vagnardi & pluribus aliis fide dignis. Et ego Johannes de Peciaco, clericus Gebennensis diocesis, ... notarius & dicte curie Valent. juratus,... ad requisitionem dicti dom. Guillelmi de Cherveluco conrearii dicte ecclesie, notam recepi de qua hoc pres. publ. instrumentum scribi feci, & licet semel redditum fuerit conreario dicte ecclesie, de mandato ven<sup>lis</sup> & discreti viri dom. Petri Chambonis canonici & officialis Valentie & ad requisitionem dom. Jacobi Eloysserdi, canonici & nunc conrearii dicte ecclesie Sancti Petri, asserentis aliud instrumentum reperire non posse, pres. instrumentum scribi feci ... & tradidi sigillo curie Valentie sigillandum. Actum de mandato michi facto per dict. dom. officialem in curte domus sue quam inhabitat, die XXIX mensis julii anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXIX<sup>o</sup>, presentibus testibus discretis viris dom. Johanne Chanays canonico dicte ecclesie & Armando Vayroudi de Cornacio.

[A] Extrait d'un *Vidimus* du 17 mai 1409, dont voici les passages instructifs:

*In nomine Domini nostri Ihesu Xpisti, amen. Nos Poncius de Altovilari, licenciatus in legibus & officialis Valentiniensis pro rever. in Xpisto patre & domino nostro dom. Johanne de Pictavia, Dei gracia episcopo & comite Valentinen. & Diensis, notum facimus universis ... quod anno Domin. Incarnac. M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>IX<sup>o</sup> & die xvii<sup>o</sup> mensis maii, nos dict. officialis vidimus ... publ. instrumentum ... nobis per discret. virum dom. Johannem de Ulmeto presbiterum, procuratorem vener. virorum dom. prioris & capituli ecclesie Sancti Petri de Burgo Valen. presentatum ... Actum visionis, inspectionis, auctoritatis & decreti interpositionis anno..., indict. ii<sup>o</sup>, ante domum habitationis nostre, in carreria publica dicta de Cleyriaco, in civitate Valentie; presentibus testibus Johanne Martini clerico Valent., comensali nostro, & nobili Eynardo Dei Fecit, burgensi Valentie. Ego vero Bertrandus Arnulphi not....*

Le notaire reçut, tant pour la transcription de l'acte que pour l'apposition du sceau de la cour de l'officialité, 20 deniers.

\* \* \* \* \*

LV. 7 février 1316.

*Debitum anniversariorum ecclesie Burgi contra Bertrandum de Chasta, de Turnone*[A].

NOS Durantus de Sancto Salvatore doctor decretorum, canonicus Romanensis & officialis Valentinus, notum facimus ... quod constitutus Bertrandum de Chasta, habitator Turnonis, in presencia Stephani Cotini notarii & curie Valent. jurati..., ad petitionem dom. Franconis de Tolauo presbiteri in ecclesia Sancti Petri de Burgo, recipientis ... ad opus anniversariorum ecclesie predictae..., recognovit se debere & vere debet predict.

aniversariis & conreariis eorumdem, septem libras & tres solidos bonorum Turonensium pro pensionibus non solutis temporibus preteritis, quas tenetur facere dict. aniversariis..., quam pecunie summam promisit dict. Bertrandus... solvere & reddere ... prefato dom. Franconi ... hinc ad proximum festum Resurrectionis Dominice, aut ejus certo nuncio vel mandato, & eidem restituere ... omnia dampna, interesse, costas & gravamina...: cum omni renunciacione.... Testibus presentibus: Johanne de Chasta, filio dicti Bertrandi, & Peronono porterio dom. Johannis de Viriaco archidiaconi Valentini. Actum in domo dicti dom. archidiaconi de Burgo, die veneris post festum Purificacionis beate Marie virginis, anno Domini M<sup>{o}</sup> CCC<sup>{o}</sup> XV<sup>{o}</sup>. Datum cum appositione sigilli curie Valentine....

[A] Extrait de l'original, parch. de 18 lig. avec lemnisque; au dos: *Debitum aniversariorum ecclesie Burgi de vij lib. iij sol. turon. contra Bertrandum de Chasta de Turnone, pro libracionibus non solutis temporibus preteritis, solvendis hinc ad Pasca....*

\* \* \* \* \*

LVI. 20 avril 1325.

[*Restitutio juris tenendi macellum in Burgo*][A].

Restitutio per dominum Guilhelmum episcopum Valentie facta capitulo ecclesie Burgi & dom. præposito Valentie, de spoliacione tenendi macellum in Burgo & ibi percipiendi certa jura per ejus officarios & correatium Valentie despoliatas, prout plenius constat fuseque patet per instrumentum receptum per magistrum, sub anno Domini M<sup>{o}</sup> CCCXXV<sup>{o}</sup> & die xx<sup>{a}</sup> mensis aprilis.

[A] Résumé extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>{o}</sup> 18 r<sup>{o}</sup>.

\* \* \* \* \*

LVII. 18 août 1325.

[*Carta venditionis vineæ de dominio ecclesie Sancti Petri*][A]

IN Xpisti nomine, amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat, quod anno Dominice Incarnationis millesimo tricentesimo vicesimo quinto, videl. decima octava die mensis augusti..., Matheus Berins habitator Valentie, sciens ... vendidit & tradidit ... Jacobo Payrolerii civi Valentie ... inperpetuum quamdam vineam cum fructibus ibidem pendentibus, sitam in territorio Burgi Valentie, in loco dicto in manso Garnerii, prout confrontatur a parte boree vinee dom. Guillelmi Armandi presbiteri, & a parte orientis vinee Johannis Girardi condam, & a parte occidentis vie publice per quam itur de dicto Burgo versus Castrum Novum ad rippam Yssere...; & hoc pro precio in universo octo librarum bonorum Viennensium, de quo precio confessus fuit dict. venditor sibi fuisse plenarie satisfactum...; cedens & transferens...; renunciacione.... Verum cum predicta vinea vendita sit de dominio ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie, sub annuo censu trium cartalium vini puri & septem denariorum Viennensium censualium, dict. venditor devestiens se in manu discreti viri dom. Johannis de Chasta canonici & conrearii ipsius ecclesie..., dict. conrearius predict. venditionem laudavit & confirmavit &..., recepto primitus a predicto emptore placitamento inde debito..., per tradicionem cujusdam baculi manualiter investivit eundem: salvo jure & dominio dicte ecclesie ac etiam jure alieno. Acta sunt hec in dicto Burgo, in curte domus dom. Bartholomei condam, ante molendinum dictum de Malo Consilio, presentibus testibus Petro Valerii notario & Johanneto Franconis de dicto Burgo. Et ego Johannes de Peciaco, clericus Gebennensis dyocesis,.. notarius & capituli ecclesie predicte juratus, presens instrumentum tradidi sigillo ejusdem ecclesie Sancti Petri sigillandum....

[A] Extrait de l'original, parch. de 48 lig. avec sceau de Saint-Pierre du Bourg sur lemnisque; au dos: *Ayso qes ly letra de la vyna dal mas Garniyer de Jo. de Salvenct & de Math. Tubanni.*

\* \* \* \* \*

LVIII. 26 juin 1330.

[*Sententia correariorum Burgi in causa criminali*][A].

Aliud Ecclesia habet instrumentum cujusdam sententiæ diffinitivæ in causa criminali ratæ, sic: Quod Joannes Bajuli, Castri Novi Isaræ, Stephanum Bruni de Burgo in terra posita juxta Helemosinam cum ense suo taliter in capite maliciose & acriter percussit quod post sex dies obiit. Igitur magister Stephanus Pagani per correarios curiæ capituli Burgi commissus, visis atestationibus testium pro utraque parte productorum, dict. Johannem Bajuli a morte & ex causa mortis ipsius Stephani per suam sententiam diffinitivam absolvit, & de vulnere illato condempnavit in XXV. libris, & ad restituendum damnum passum ratione dicti vulneris, videlicet servitiis, servitoribus & aliis rebus necessariis restituendis quibus pertineat exigere & per dictum Joannem restituere propter prædicta. Receptum per mag. Stephanum de Moyrenco notarium, anno Domini M<sup>o</sup>CCC.XXX & XXVI<sup>a</sup> junii.

[A] Analyse tirée de l'*invent. rais.*, f<sup>o</sup> 18 r<sup>o</sup>: Tertio....

\* \* \* \* \*

LIX. 2 mars 1332.

[*Assignatio pensionis pro missa quotidiana in ecclesia Burgi*][A].

IN Xpisti nomine, amen. Noverint universi ... quod cum Humbertus de Saliente, de Burgo Valentie, olim instituerit in ecclesia Sancti Petri de Burgo predicto unam missam singulis diebus imperpetuum celebrandam, & assignaverit certam pensionem per capellanos dicte ecclesie singulis annis percipiendam super domibus ipsius Humberti sitas Valentie, ante furnum novum dictum de Sancto Felice, prout predicta in testamento ipsius Humberti dicuntur contineri; hinc est quod anno Dominice Incarnationis millesimo tricent. tricesimo primo, videlicet secunda die mensis marcii,... Petrus Penchenati civis Valentinus, executor testamenti & ultime voluntatis predicti Humberti, una cum dom. Johanne de Disisia presbitero, cupiens & affectans pensionem predictam predict. sacerdotibus pro dicta missa celebranda in tuto ponere, ad hoc ne in futurum valeat deperire..., voluntate & assensu dicti dom. Joh. de Disisia consocii & quoexecutoris sui,... ascensavit... & tradidit, cum voluntate eciam & consensu dom. Guillelmi de Deiadjutorio & Johannis Bruni presbiterorum in dicta ecclesia procuratorumque aliorum sacerdotum,... Johanni Baratonis & Alasie ejus uxori habitatoribus Valentie.... imperpetuum medietatem seu quasi majoris domus ipsius Humberti condam, in qua sunt duo soleria: que domus sita est Valentie, ante furnum novum appellatum de Sancto Felice, videlicet illam medietatem seu partem que confrontatur a parte boree alteri medietati ejusdem domus per ipsum Petrum ascensate Jacobo de Augusta & Andrevone ejus uxori, & a parte venti domui Johannis Bergoyn, & a parte occidentis domui dom. Johannis Hugonis presbiteri in ecclesia Valentina, & a parte orientis vie publice; ascensavit, imquam,... cum omnibus juribus,... stillicidiis,... & appendiciis, sub annuo censu mortuo seu sub annua pensione triginta & duorum solidorum bonorum Viennensium solvendorum.... predict. sacerdotibus ... in exhonationem & pro attenuatione pensionis annue assignate pro dicta missa celebranda,... videl. medietatem in festo beati Johannis Baptiste & aliam medietatem in subsequenti festo Natalis Domini, & de tali moneta de qua viginti denarii valeant unum Turonensem grossum de argento veterem domini Regis Francie cum o(bolo) rotunda de bono pondere & legali, seu quilibet Turonensis grossus de argento vetus dom. Regis Francie cum o.rotunda de bono pondere & legali valeat viginti denarios monete predictæ. Cedens igitur & transferens...; promittens de evictione...; renuncians...; asserens etiam idem P. Penchenati predict. partem dicte domus esse de dominio sacristie in ecclesia Valentina, sub annuo censu duorum denariorum Viennensium censualium...; rogans.... Acta sunt hec Valentie, in curte domus Petri Ruffi de Cartaletto quam inhabitat,... presentibus testibus ad hoc vocatis: Matheo Bergoyn & dicto Petro de Cartaletto, Petro de Noydent notario, Hugoneto Lamberti civibus Valentinis & Humberto Cerclerii de Turnone.

[A] Extrait de l'original, parch. de 55 lig.: *Instrumentum grossatum, sed non signatum*. A la suite de l'analyse inscrite au dos se trouve cette note: *Item, infra presens instrumentum est aliud instrumentum dom. Johannis de Sancto Bartholomeo, canonici Sancti Petri de Burgo Valencie, qui fecit heredem suum Johannem de Sancto Bartholomeo, filium Giraudi de S<sup>o</sup> Bartholomeo, cujus filius fuit canonicus Sancti Ruffi; & illorum bona sunt obligata pro novem florenis pensionis & specialiter quoddam pratum prope ... Sancti Mayme in mandamento de Burgo....*

\* \* \* \* \*

LX. 12 septembre 1335.

[*Moderatio sententiæ contra presbyterum ecclesie Burgi*][A].

Sententia moderationis continens quod chorearii ecclesie Burgi dominum Joannem de Desisia presbyterum ecclesie suprascriptæ a beneficio, clericatu & privilegio Ecclesie, propter maleficia quæ in Petrum Ruffi de Montilasio perpetraverat, privaverunt; sed post ipsi chorearii moderando pronunciaverunt dict. dom. Joannem remanere posse in suo beneficio & gaudere clericatu & privilegio Ecclesie ut per prius gaudebat, moderantes sententiam, videlicet in tribus librationibus simplicibus fiendis, una in prima hebdomada Quadragesimæ, alia in hebdomada post octabas Paschæ, alia vero in hebdomada post quindenam sancti Joannis Baptistæ: prout constat instrumento sumpto per mag. Petrum Pilloso de Serra notarium, sub anno Domini M<sup>o</sup>CCC.XXX.V & xij septembris.

[A] Analyse prise dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 18 v<sup>o</sup>.

\* \* \* \* \*

LXI. 1<sup>er</sup> octobre 1335.

[*Remissio incarcerati vicesgerenti prioris Burgi facta*][A].

Remissio facta Hugoni de Porta Valentie, vicesgerenti domini Guilhelmi Pareti prioris Burgi, per Joannem de Petragordia correarium Valentie, de Stephano Achardi in carceribus ipsius correarii mancipato, prout constat instrumento per Joannem Pologni & Petrum Textoris sumpto, sub anno Domini M<sup>o</sup>CCC.XXXV & die 1<sup>a</sup> mensis octobris.

[A] Résumé tiré de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 20 v<sup>o</sup>.

\* \* \* \* \*

LXII. 20 octobre 1344.

[*Testamentum Johannetæ relicte, habitatrix Burgi Valentie*][A].

IN Xpisti nomine, amen. Per hoc pres. publ. instrumentum cunctis appareat evidenter, quod Johanneta, relicta Guilhelmi Rostagni, habitatrix Burgi Valentie, sana mente & intellectu per Dei gratiam & in bona existens memoria, prout ex verbis ejusdem liquide apparebat, in presencia..., de se & omnibus bonis & rebus suis... nuncupative ordinavit & suum ultimum testamentum nuncup. & suam ult. voluntatem fecit per modum qui sequitur.-- Ego Johanneta, relicta..., habitatrix..., diem extremam vite mee cupiens prevenire ne decedam intestata & ut extrema necessitas me paratam inveniat, de me & de omnibus bonis & rebus meis.... dispono & ordino.... in hunc modum. In primis, animam meam cum a corporeis nexibus fuerit liberata recomendo prealtissimo Creatori & gloriose Virgini matri ejus atque celesti curie paradisi, corpori vero meo eligo sepulturam in cimiterio ecclesie Sancti Petri de Burgo; deinde precipio clamores meos sedari & debita,

helemosinas & legata mea solvi & restitui simpliciter & de plano per majus heredum meorum; & lego cuilibet domin. incuratorum dicte ecclesie Sancti Petri de dicto Burgo duodecim denarios Viennenses semel tantum; item, lego vicario eorumdem sex denarios Viennen. semel tantum; item, lego Hospitali beate Marie de dicto Burgo duo linteamina cum una flasata, semel tantum; item, lego Hospitali beati Anthonii de dicto Burgo Valentie duo linteamina cum una flassata, semel tantum; item, volo & precipio quod de bonis meis dentur & distribuuntur Xpisti pauperibus in dicto Burgo Valentie, tam in pane quam in sabis & bocone necessariis in predictis, summam & valorem decem libr. Viennen. semel tantum; item, lego dilecto filio meo Johanni Rostagni de dicto Burgo vineam meam sitam in mandamento dicti Burgi, in loco vocato in Diviso, inter vineas dicti Johannis & dom. Guillelmi Armandi & Petri Jorneti; item, lego dicto Johanni filio meo triginta solidos bonorum parvorum Turonensium semel tantum, loco aliorum triginta solid. quos Peronetus Rostagni habuit ab alia parte; item, lego Luquete, uxori dicti Johannis Rost. filii mei, meum meliorem gardacorcium & unam camisam novam; in omnibus autem aliis bonis & rebus meis..., sedatis tamen primitus clamoribus & debitis, helemosinis & legatis meis integre persolutis, heredes universales michi constituo dilectos filios meos Johannem & Peronetum Rostagni equis porcionibus. Hoc autem testamentum nuncupativum..., revocata primitus omni alia ultima voluntate seu donatione causa mortis, valere volo..., si non secundum leges..., secundum canonicas sanctiones...; & ... venientes michi ab intestato, ut hanc ult. voluntatem meam per fidei commissum compleant & actendant; rogans insuper & requirens testes... ut ferant testimonium veritati... Acta fuerunt predicta in dicto Burgo Valentie, in domo habitationis dicte testatrix, vicesima die mensis octobris, anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup> quarto, testibus presentibus dom. Johanne de Balma capellano & curato dicte ecclesie Sancti Petri, Johanne Desiderii, Johanne Fraguensis, Hugone de Secusiis, Lantelmo de Paris, Johanne Serrerie & Johanne Turpini, habitatoribus dicti Burgi; & me Johanne Lauterii de Stella Valent. dyoc..., notario publ. & curie Valentie jurato....

---

[A] Extrait de l'acte dont nous donnons ici la partie intéressante (dans le cahier indiqué ch. suiv., n. A):

*Publicatio testamenti & ultime voluntatis Johannete relicte Guillelmi Rostagni, degentis in jurisdictione dicti prioratus.*

IN Dei nomine, amen. Nos Petrus Beroardi, canonicus & conrearius ecclesie Sancti Petri de Burgo, regens jurisdictionem prioratus dicti Burgi una cum Thoma Ysimbardi concanonico & conconreario ipsius ecclesie, ipso prioratu vacante propter mortem ven<sup>lis</sup> viri dom. Guillelmi Pareti prioris ecclesie dicti Burgi, notum facimus ... quod anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XLIV<sup>o</sup> & die XV<sup>a</sup> mensis januarii, ad quam diem hora vesperorum citati seu adjornati fuerunt coram nobis per Bertonum de Fayno servientem dicte curie dicti prioratus dom. Johannes de Balme curatus ecclesie dicti Burgi, Johannes Desiderii, Johannes Fragnonis, Hugonetus de Secusiis, Lantelmus de Paris, Johannes Ferrera, Johannes Taupini & Johannes Lauterii notarius Valentie, prohibitori testamentum & ult. voluntatem Johannete relicte Guillelmi Rostagni de dicto Burgo, degentis in & sub jurisdictione prioratus predicti, necnon Johannes & Peronetus Rostagni, filii & heredes dicte Johannete, apportaturi dict. testamentum & visuri & audituri publicationem...; comparuerunt in prioratu novo dicti Burgi.... Facta fuit presens publicatio in dicto Burgo, in prioratu predicto, testibus presentibus Johanne remenatore, Johanne Durandi muratore & Johanne de Monflor de dicto burgo & pluribus aliis fide dignis.

\* \* \* \* \*

LXIII. 12 décemb. 1344-15 février 1345.

*Inquisitiones curie prioratus Burgi Valentie, ipso prioratu, vacante*[A].

*Contra Petrum Andree sabbaterium de Burgo Valentie.*

ANNO Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup> quarto & die xii<sup>a</sup> mensis decembris, pervenit ad audienciam discretorum virorum dom. Petri Beroardi & Thome Ysimbardi, canonicorum & conreariorum ecclesie Burgi Valentie, regencium curiam prioratus dicti Burgi Valentie, ipso prioratu vacante propter mortem bone

memorie dom. Guillelmi Paret prioris ecclesie dicti Burgi, quod Petrus Andree sabaterius, habitator dicti Burgi sub jurisdictione dicti prioratus, mala & inico motu, in die festo ob honorem beati Nicholay, in domo Petri Podialis sabaterii Valentie, (sump)sit Grossonam uxorem Petri Falavel per capsanam & eam precipitavit ad terram juxta ignem, ita quod nisi essent aliqui qui ibidem astabant combuxisset eidem caput suum, & ipsa precipitata cum genibus, pugnis & pedibus suis supra ventrem conculcavit, sic eo quod ipsam ita maliciose tractavit quod sibi oportuit duo implastra in suis constibus deponere. Et quia talia sunt mali exempli, etc.

Super quibus fuit inquisitum cum dicto Petro Andree, qui, suo previo juramento requisitus dicere veritatem, negavit omnia contenta in dicto titulo fore vera; dixit tamen quod propter verba maliciose que dicta Grosseta habebat cum famulo ejus generis, quod idem Petrus Andree dixit eidem mulieri: tu potest esse mala mulier; & tunc ipsa dixit: ymo tu, quia tu & alii dimititis istos rixantes; & tunc ipse accepit eam per brachium dicendo: sedeas, quar tu say fares riot, & aliud malum non fecit eidem. Et juravit stare mandatis dicte curie & solvere judicatum, etc. Et fuit requisitus si volebat videre jurare testes quos dicta curia producere intendebat contra ipsum; qui dixit & respondit quod sic.

Postque, anno quo supra & die xiiij mensis januarii, fuerunt producti in testes pro parte dicte curie contra dict. Petrum Andree, videl. Penardus Bessonis, Petrus Poialis, Petrus Chavalher sabbaterii & Michaletus sabbaterii de Valentia, qui juraverunt ad sancta Dei Evangelia.... dicere veritatem, remoto odio, amore, etc.--Datum in prioratu novo dicti Burgi.

Item, anno quo supra & die xj<sup>a</sup> mensis febroarii, Penardus Bessonis, sabaterius, testis interrogatus super contentis in dicto articulo sibi in suo vulgali lecto exposito, dixit se tantum scire quod quadam die, de qua non recordatur, ipse loquens & plures alii de officio suo sedebant in domo Petri Poialis in una societate, potando uno cimbalo; & tunc dicta mulier venit ibidem & vidit quod dict. Petrus maritus suus & quidam alter habebant litem inter se, & dixit ipsis omnibus: vos non estis probi homines, quia non separatis istos qui litigant; & tunc ipsa adesit dict. Matheum litigantem cum dicto viro suo, & statim dict. Petrus Andree dixit ipsi mulieri: tu potest esse mala mulier, dimite ipsum; & accepit eam per brachium & fecit eam sedere supra scamnum. Alia dixit se nescire. Interrogatus si dict. Petrus Andree dict. mulierem precipitavit ad terram nec conculcavit eam cum pedibus suis, dixit suo juramento quod non. Interrogatus si quando dict. Petrus dixit eidem mulieri: sedeas, & fecit eam sedere supra scamnum, si percussit eam nec fecit sibi aliud malum quare ipsa debeat deferre amplastros, dixit suo juramento quod non.

Item, Petrus Chavallerii sabbaterius, testis interrogatus super contentis in dicto articulo sibi in suo vulgari lectis & expositis..., dixit in effectu idem in omnibus ut dict. Perardus; interrogatus si vidit quod dict. Petrus dict. mulierem percussit de pugno nec eam pestraverit ad terram, dixit suo juramento quod non....

Postque, anno quo supra & die nona mensis febroarii, fuit publicata dicta inquesta dicto Petro & concessa sibi copia, dixit quod volebat stare & subire misericordie dicte curie.

*Sequuntur condempnaciones.--Contra Petrum Andree.*

Anno quo supra & die xv mensis febroarii, ven<sup>les</sup> & discreti viri dom. Petrus Beroardi & Thomas Ysimbardi, conrearii ecclesie Burgi..., visa inquesta contra ipsum, quia reppererunt tantum probatum de contentis in dicta inquesta quod dict. Petrus accepit per brachium dict. Grossetam & fecit eam & compulit sedere, dicendo: tu potest esse mala mulier; idcirco, quia supposuit se misericordie dict. dom. conreariorum, pronunciauerunt ipsum in decem solid. Viennen. dandis dicte curie & in emenda in mote partis adverse, taxatione reservata: testibus presentibus Johanne de Cufia clerico, dom. Giraud de Versenay lic(enciato) in legibus & Jausemando codurerio.

[A] Extrait de la minute notariée, cahier in-4<sup>o</sup> de fort papier vergé; curieux spécimen des moeurs du peuple à cette époque.

\* \* \* \* \*

LXIV. 14-27 janvier 1345.

*Dacio tutele Johannis de Viennesio puberis de dicto Burgo et inventarium bonorum ipsius.*[A]

IN Dei nomine, amen. Nos Petrus Beroardi, canonicus & conrearius ecclesie Sancti Petri de Burgo Valencie, regens jurisdictionem prioratus dicti Burgi, una cum Thoma Ysimbardi concanonico & conconreario..., dicto prioratu vacante (*ut ch. LXII, n. A*), notum facimus ... quod ad nostram accedens presenciam Petronilla, uxor condam Petri de Viennesio de dicto Burgo mater que Johannis filii comunis ipsorum, que nobis innotuit & significare curavit quod cum sit tutrix & gubernatrix dicti filii sui & ejus bonorum, & tutelam & administrationem a tempore mortis viri sui gesserit, ipsaque velit ... ad secunda vota convolare & antequam convolet velit reddere rationem & satisfactionem dicto filio vel alteri ... de gestis & administratione, supplicavit igitur nobis, dicto filio suo in pupillari etate existenti de tutore ydoneo providere. Unde nos, supplicationi utpote juri consone inclinati, attendentes quod nostro incumbit officio talibus pupillis de tutore ydoneo providere, citatis & evocatis parentibus & amicis dicti pupilli & comparentibus Guillelmo Albertini, Peronono de Brunis, avunculo dicti pupilli, dedimus eidem tutorem Durantum de Broisse de Castro Novo ad rippam Ysere, onus tutele in se suscipientem, facta primitus informatione ... super ydoneitate, probitate & legalitate dicti Duranti, & ipso Peronono de Brunis requisito si volebat recipere & acceptare tutelam dicti Johannis ejus nepotis, qui dixit & respondit quod non, cum esset homo simplex & juvenis & occupatus nimis suis negociis. Qui quidem tutor promisit & ad sancta Dei Evangelia juravit..., nomine dicti Johannis cum dari non posset, utilia rerum & bonorum dicti pupilli procurare & inutilia pretermittere toto posse, & rem ipsius pupilli salvam fore, & de bonis & hereditate ipsius pupilli inventarium facere & computum reddere, & dict. pupillum bene & fideliter regere & gubernare & bonis moribus instruere & informare. Pro quibus attendendis, precibus dicti Duranti de Broissac, Petrus de Jaline & dict. Petrus de Brunis avunculus dicti pupilli se constituerunt fidejussores & principales pagatores & redditores.... De quibus.... Acta sunt hec in dicto Burgo, in prioratu predicto, die xiii<sup>a</sup> mensis januarii anno Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XLIII<sup>o</sup>, testibus presentibus dom. Giraud de Versenay, Petro de Ruppe burgensi, Bertone de Fagno badello dicte curie, Johanne de Subdyone, Guillelmo Albertini & pluribus aliis fide dignis. Postque dict. tutor promisit ... ipsos P. & P. servare indemnes.-- Subsequenter vero eodem contextu dicta Petronilla, tutrix condam dicti pupilli, computavit & computum suum reddidit de gestis & administratis per ipsam.... Postque & incontinenti dict. tutor de bonis dicti pupilli suum inventarium facere inchoavit, premissis venerabili signo sancte Crucis: in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen...; & illico asseruit se invenisse de bonis dicti pupilli quandam domum sitam in dicto Burgo...; item, die xxvii<sup>a</sup> januarii, quandam vineam sitam versus Charsuoles in mandamento Burgi; item, aliam vineam ... loco vocato en Labeu ... & quandam peciam terre; item, tres quartalatas terre site versus montem Chalvet...; item, versus Combouvet in mandamento dicti Burgi, aliam sestar. terre; item, versus Colongias in eodem mandamento, tres quartal. terre.... Item asseruit se invenisse in domo predicta duas tinas continentes circa sex modia vini; item, sex bossas[1] diversarum tenorum; item, quinque anchas[2] tam magnas quam parvas, quarum sunt due de una & alie due sappo, & minores due dict. anchorum continent circa xxx sest.; item, pistrinina ad pastandum; item, duas menses ad comedendum; item, quoddam scannum ad sedendum; item, unam cassiam ferri; item, unam patellam & quoddam cacobum de hero; item, duas cubsellas ferri; item, duos pitalfos, unum de dimidio, & unam salheram stagni; item, quoddam quequinendum & quasdam chanenas ferri; item, septem banastas; item, duas flassatas & decem linteamina linea; item, unam culcitram de pluma & unum pulvinar de chostas; item, tres ligores; item, quendam porcum nutriblem, qui valet cum extimacione viginti solidos Vienn.; item, duas mapas de uno ramo.--Ego Durandus Arnaudus, Valent. clericus, notarius publ. & curie Valentie juratus, presens sui....

[A] Extrait du même cahier que la ch. précéd.

[1] Ce mot, qui ne figure pas dans le *Lexicon med. latin.*, a passé dans le patois, où *bosse* indique une futaille.

[2] Même remarque, anciennement *anche*, petite cuve.

\* \* \* \* \*

LXV. 11 mars 1363.

[*Sententia remissionis de duobus incarceratis ecclesiae Burgi*][A].

REMISSIO ecclesiae Burgi per procuratorem domini Valentiae fienda de dom. Joanne de Macello presbytero & Guilhelmo Chastelli clerico ecclesiae praedictae, in presione sive carcere ipsius domini Valentiae detentis, quia verberaverant in platea macelli Valentiae Guilhermum Vilarii familiarem ecclesiae Valentiae, & hoc vigore sententiae per dom. Petrum de Bosanis legum professorem, officialem Valentinum & commissarium datum tam a dom. Ludovico de Vilars episcopo Valentino quam a dom. Henrico de Vilars & Petro Principe immediatis ejus predecessibus, prolatae ut sequitur effectualiter:--Per ea quae nobis constant de processu praedicto, per hanc materiam diffinitivam sententiam quam inserius in his scriptis, pronunciamus & diffiniendo cognoscimus declaramusque dictos presbyterum & clericum fore remittendos dictae ecclesiae, dict. Guilhermum Pellicerii procuratorem ipsius domini Valentiae ad faciendam dict. remissionem eadem sententia condemnantes si vivum, & si non vivum per figuram meliori modo quo fieri poterit, neutram partium in expensas condemnantes.--Sicut constat instrumento sumpto per magistrum Andream Champelli notarium, sumpto sub anno Domini millesimo CCCLXII<sup>o</sup> & die xi<sup>a</sup> martii.

[A] Extrait pris dans l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 20 v<sup>o</sup>-21 r<sup>o</sup>.

\* \* \* \* \*

LXVI. 3 septembre 1364.

[*Executio praecedentis sententiae per figuram*][A],

REMISSIO exequatoria dictae sententiae; ecclesiae Burgi per dict. Guilhermum Pellicerii procuratorem fiscalem domini Valentiae facta de dictis dom. Joanne de Macello presbytero & Guilhermo Chastelli clerico, juxta tenorem sententiae superius designatae, ex praeepto eidem procuratori judicialiter facto per dict. dominum Petrum de Bosanis officialem Valentiae & commissarium a domino Ludovico de Vilars episcopo Valentiae deputatum; quam remissionem dict. procurator fecit in hunc modum: cum ipsi presbyter & clericus qui petuntur remitti diu est decesserunt & illos personaliter non valebat remittere, tradidit capucium suum & realiter assignavit Joanni Rebolli procuratori ecclesiae Burgi in signum & similitudinem ipsius remissionis factae de eisdem presbytero & clerico. Constat per magistrum Andream Champelli notarium, sub anno Domini M<sup>o</sup>ccclxiii<sup>o</sup> & die iij<sup>a</sup> mensis septembris, notarum ipsius folio VII<sup>xx</sup>vij, lib. A.

[A] Analyse tirée de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 21: *Notabilis remissio*.

\* \* \* \* \*

LXVII. 4 juillet 1365.

[*Inquisitio per correarios Burgi contra furem*][A].

QUANDAM habet ecclesia inquisitionem per dominos Petrum Beroardi & Guilhelmmum de Altovilari, canonicos & chorearios ecclesiae Burgi, factam cum dom. Guilhermo Pelerini canonico Burgi & camerario domini Ludovici de Vilars episcopi Valentiae in claustro ecclesiae arrestato, & cui inquisitioni respondit & promisit venire ad diem & dies solvereque judicatum & silvas, quia in domo dicti domini episcopi Valentiae furatus fuerat quosdam gladios dictos tranchoms, quasdam tabulas eburneas coopertas de veluto, duo



coopertoria lecti, & calicem Sancti Laurentii, etc. Actum in curia ecclesie Burgi, anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> sexagesimo quinto & die quarta mensis julii; constat per magistrum Lantelmum Olerii notarium.

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>o</sup> 18 v<sup>o</sup>: *Item quandam....*

\* \* \* \* \*

LXVIII. 10 mars 1379.

*Sententia seu ordinatio de facto portus Rodani*[A].

IN nomine Domini, amen. Boni presidis, sub cuius jacet imperio provincia quam regit, interest ut ipsam provinciam paccatam teneat & quietam, ut per bonum regimen ipsa patria seu provincia augmentetur malisque careat hominibus & personis, & abjectis & amotis malis hominibus omnique vi & rapina, quilibet de suo proprio contenttatur, ne propter impunitatum audaciam fiant qui nequam sunt nequiores & ne in scandalum irruatur; cumque etiam jura ad hoc sint condita, ut eorum metu & terrore humana coherceatur audaccia tutaque sint inter probos innocentes, & ut in opprobriis reffrenetur audaccia comitendi & malignandi ac eciam noscendi voluntas. Quia cum fama publica & factum evidens & notorium, ymo pocius vehemens infamia que ad aures presidis sepiissime sibulavit, loco accusationis habeantur legitime & haberi debeant: hinc est quod anno Incarnationis ejusdem Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> septuagesimo octavo & die decima mensis marcii, sereniss. principe dom. Karolo Dei gratia Francorum rege regnante, ad aures audientis pariter & intentum ac etiam intellectum viri nobilis & potentis dom. Guillelmi de Fayno militis, bayllivi regii Vivariensis & Valentinensis vicariusque curialis curie regie Bocey cedulis auribus innotuit & pervenit, fama publica refferente factique notorii evidentia demonstrante & clamosa populi insinuatione, precedente murmure publico ac vagitu querimonioso, taliter & adeo quod nulla tergiversatione potest obumbrari, ymo potius taliter & in tantum fuit auditui referatum quod vicera justitie debitum suum exsolvere vagitantio pupugit adversus tanti facinoris audaciam in jura insurgantis tanta, nostre justitie officium judicio proponitur ne tam ferox malitie anelitus incorrectus remaneat justiciaque lesa contra Richardum & Anthonium delatos & eorum complices, quod ipsi delati maligno spiritu imbuti & arte diabolica inflamati, Deum pre oculis non habentes, cupientes se bonis alienis ditari & divites effici, comiserunt, pepetraverunt delicta, crimina, excessus & raubaras que sequuntur. In primis quod totum flumen Rodani est in regno & infra regnum Francie & de dumaynio domini nostri Francorum regis tenetur absque aliquo medio; item, quod dicti Richardus Baratonis & Anthonius Boverii, delati supradicti, sunt pontonerii in & super dicto flumine Rodani in portu Valentie ipsumque portum tenent & gubernant, tenere & gubernare faciunt per suos familiares & deputatos; item, quod nunquam nedum in dicto portu & passagio Valentie, sed in omnibus aliis portibus & passagiis dicti fluminis Rodani fuit usitatum levari seu exhigi a personis in dict. portibus transeuntibus pro eorum pontonagio sive passagio dicti fluminis Rodani preterquam a persona singulari eunte & transeunte in dict. portibus unum denarium monete currentis, & a persona eunte & transeunte eques vel aliud animale solum ducente duos denar. predicte monete; item, quod delati sue salutis eterne non memores Deumque pre oculis non habentes, prout supra, sed quoad hec omnes actus suos ad malum finem deducere cupientes volentesque incessanter protrahere, & nedum malas sed pejoras usagia & servitutes indebitas in patria que jure scripto regitur imponere non timentes, sed sua propria auctoritate & de facto & se dominos dicti portus fluminis Rodani existentes econtra & prope Valentiam, facientes a singulari persona in dicto portu transeunte pedes in eodem portu & pro qualibet vice transeunte de regno in imperium & de imperio in regnum & tociens quociens contingit aliquas personas in dicto portu transire, cupiendo se bonis alienis locupletari & divites effici, levantes & levare non formidantes per se aut per familiares & deputatos per eosdem in dicto portu, videl. aliquando sex denarios, aliquando unum obolum regium, aliquando dimidium grossum & aliquando duos obolos regios, & a singulari persona transeundo eques in dicto portu vel solum animale ducente aliquando dimidium grossum, aliq<sup>o</sup> duos obolos regios, aliq<sup>o</sup> unum grossum, aliq<sup>o</sup> duos grossos, aliq<sup>o</sup> tres & aliq<sup>o</sup> quatuor, & sic de similibus & ad eorum voluntatem antequam a navi quin ipsas personas transeuntes abire permittant; & quod deterius est, quando dicte gentes nolunt solvere ad eorum voluntatem, ipsis minantur de verberando ipsos & bona sua capiendo, saysiando & retinendo ac eciam super dicto flumine Rodani arrestando, & ipsas sic

indebite molestando & depredando, incidendo in penis legum & novam servitutum & usagium imponendo; item, quod qualibet die una per aliam transeunt in dicto portu tam eques quam pedes viginti, septuaginta, quaterviginti, centum persone ante magis quam minus, a quibus & qualibet ipsarum exhigunt & exhigere faciunt summas supra dictas, sic in premissis delinquendo; item, quod de predictis ex inductionibus & extortionibus dicti delati effecti sunt divites, quilibet de tribus centum francis auri; item, quod quolibet anno locupletari possunt & divites effici de predict, raubariis & depredationibus quilibet de centum francis auri; item, quod de predict. omnibus & singulis sunt publice diffamati inter notos & vicinos eorumdem, & de eorum quolibet est publica vox & fama; item, quod predicta sunt vera, notaria, publica & manifesta. Visaque informatione secreta predictae curie regie super hiis..., necnon etiam responsionibus una cum deffentionibus..., viso etiam toto processu... una cum tota ejus sequela..., participato nobiscum peritorum consilio, sedentes pro tribunali more majorum nostrorum in hac curia & consistorio regio prout decet, ubi jus reddi & desservi unicuique postulanti est fieri consuetum, sacrosanctis Dei Scripturis in nostro conspectu positis & appertis, ut de vultu Dei nostrum recte prodeat iudicium & oculi nostri in hiis & aliis continuo videant equitatem, non declinantes quod a dextris nec a sinistris, sed equo libramine, insedentes..., facto primictus signo venerabilis sancte [sigillum] Crucis, dicendo: in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen; per ea que nobis constat dict. Richardum & Anthonium non esse nec fuisse culpabiles de supra contra ipsos intitulis, potissime eorum deffensionibus visis & ignorancia ac excusacionibus auditis hac actentis, & aliis pluribus & validis rationibus que animum nostrum movent & movere debent, istos Richardum & Anthonium licet absentes.... ab intitulis, super contra ipsos duximus absolvendos & absolvimus per presentes. De quibus ... Lata fuit hec sententia anno & die predictis, testibus presentibus discretis viris magg. Matheo de Saletis, Johanne de Bosco, Stephano Ugonis, Anthonio Falconis, Johanne Massaboni, clericis; & me Petro Servientis de Sancto Juliano, Lugdun. dyoc., clerico notario publ. & dicte curie regie substituto & jurato....

---

[A] Extrait de l'original, long parch. de 69 lig. dont voici l'analyse: *Sentencia continens quod Richardus Baratonis & Anthonius Boverii, pontonerii portus Rodani Valencie, fuerant intitulati in curia Bocey, inponendo contra eos quia exhigebant a singulari persona transeunte pedes portum; j ob. regium, quandoque ij ob. regios, quandoq. xij den., & a qualibet persona meante eques portum ij ob. regios, quandoq. xij den., quandoq. j. gr. ... & quandoq. iiij gr.; & quod nunquam nedum in portu Valen. sed in omnibus aliis portibus Rodani fuit usitatum exhigi a singulari persona pedes pro suo nolo nisi j den. & a qualibet persona transeunte eques ij den.; tandem procurator domini de Cruceolo & dict. pontoneriorum taliter prosequutus fuit causam, quod dom. Vitalis Bernardi iudex regius Vivarien, & Valentin., astanti secum locumtenente dom. bayllivi, pretaxatos pontonerios ab intitulis absolvit, Petro Servienti notario.* Nous ne donnons dans le texte que le résultat de l'enquête; elle est comprise dans la publication de la sentence:

*In nomine Domini, amen. Noverint universi & singuli... quod (anno) ab Incarnacione ejusdem Domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> septuagesimo nono & die veneris que fuit xii<sup>a</sup> dies mensis augusti..., ad quam diem apud Boceyium in consistorio regio publico ubi curia regia tenetur & coram ven<sup>li</sup> & circumspeto viro dom. Vitale Bernardi licenciato in legibus, iudice regio Vivariensi & Valentinensi, personaliter comparuit discretus vir mag. Petrus Faya notarius, ut procurator nobilis & potentis viri domini de Crusseolio ac etiam nomine procuratorio Richardi Baratonis & Anthonii Boverii..., dicens & asserens... sibi hanc diem fuisse assignatam... ad audiendum sentenciam diffinitivam in & super quadam inquesta in presenti curia pendenti contra Richardum & Anthonium prenominatos...; idem procurator exhibuit & produxit dicto dom. iudici quandam papiream cedulam scriptam, rationes & deffentiones dict. magistrorum in se continentem, cujus tenor est talis:--Visa inquisitione facta & formata, etc...; qua quidem cedula... exhibita & porrecta..., illico idem dom. iudex ad suam sentenciam super premissis proferendam processit, ut sequitur:-- Ad hec nos Vitalis Bernardi..., astante nobiscum discreto viro mag. Guillelmo Pellicerii, clerico regio & locumtenente nobilis & honor. viri dom. Guillelmi de Fayno militis, bayllivi regii..., visis titulis in presenti curia factis & in processu inquisitorio contentis... § In nomine Domini, supra...*

Il est rare de rencontrer une sentence dont le dispositif soit plus contraire aux considérants.

\* \* \* \* \*

LXIX. 30 juin 1386.

[*Reductio canonicorum ecclesie S. Petri*][A]

REDUCTIO dicti numeri canonicorum ecclesie Sancti Petri ad decem canonicos per capitulum ipsius facta, prout constat diffuse in duobus instrumentis unius ejusdemque tenoris & substantie, per magistrum Bertrandum Arnulphi notarium sumptis, sub anno Domini M<sup>{o}</sup> CCC LXXXVI<sup>{o}</sup> & (die) ultima mensis junii.

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>{o}</sup> 14 v<sup>{o}</sup>.--Voir la charte XLV.

\* \* \* \* \*

LXX. 16 décembre 1386.

[*Confirmatio reductionis per Clementem VII*][A].

CONFIRMATIO dictae reductionis numeri quindecim canonicorum ecclesie ad decem, facta per Clementem papam septimum Avinione sedentem, decimo septimo calendarum januarii, pontificatus sui anno nono, currente dicto anno Domini M<sup>{o}</sup> CCC LXXXVI.

[A] Extrait de l'*Invent. rais.*, f<sup>{o}</sup> 14 v<sup>{o}</sup>.--Voir la ch. précéd.

LXXI. 13 novembre 1395.

[*Lettres de main-levée des commissaires du roi de France*][A].

A tous ceulx qui verront ces presentes lettres, Jehan Barleane & Jehan du Feu, sergens d'armes du Roy monss. & commissaires en ceste partie de noss. les tresoriers du Roy nostre dit s. a Paris sur le fait des fiefs & homages du Roy & autres choses contenues en nostre commission, salut. Comme nous eussions pris & mis en la main du Roy nostre dit seigneur le chastiel, justice, terres & possessions du Charmes, appartenans a noble & puissant seigneur mons. de Crussols, item, au port de Valence, touchant la part & porcion du dit mons.; item, audit port, touchant & appartenant au chapitle de Saint-Piere du Bour de Valence; item, au temporel, terres & possessions de religieuse dame ma dame l'abbesse de Soyon, & en signe de ce eussions la flor de liz es diz lieux pour defect de fief & homage aussement de feaulte ou autrement non fait au Roy mons.; & pour tant en tant que il touche le dit mons. de Crusols, a cause de ses diz chastel, justice, terres & possessions & port, que nous sommes souffis(ament) informez que le dit mons. de Crusols tient en fief & homage de mons. l'evesque de Valence, & en tant que il touche la porcion & part dudit port dudit capitre, nous ne poons informer que il soit tenu en fie & homage du Roy nostre dit sig., pour ce que il ont tenu & posside si longuement que il n'est memoire du contraire.; & en tant que il touche ladite madame l'abbesse, nous sommes souffis(ament) informez que la dite ma dame doit au Roy mons., du chast(el) ou a cause de temporel, terres & possessions, dix livres de cire, pour quoy nous ladite main qui mise estoient es diz lieux & choses avons levees & ostees, levons & osons par ces presentes en tant que fere povons & devons au prouffit & jussion des sess. diz & dou chastel d'eulx, en tant que il luz puit toucher. Donne soulz nous seaulx en tesmoing de ce, le XIII jour de novembre, l'an mil CCC.IIIII<sup>{xx}</sup> & quinze. Item, au port de Soyon appartenanz a ladite abbesse, a mons. de Crusols & a mons. de Peregorde, avons levee comme dessus; donne comme dessus. CLERICI.

[A] Ces lettres se trouvent insérées dans un *vidimus* du même jour, dont il est utile de donner un extrait:

*In nomine Domini, amen. Nos Humbertus Garini, licenciatus in legibus, prepositus & officialis Valentinus, notum facimus ... pres. publ. instrumentum, transcriptum seu vidimus inspecturis..., quod anno ab Incarnacione Domini M<sup>{o}</sup>CCC<sup>{o}</sup>LXXXXV<sup>{o}</sup>, indicione quarta & die sabbati que fuit XIII<sup>{a}</sup> mensis*

*novembris, hora vesperorum, ad nostram accessit presenciam discretus' vir dom. Bartholomeus Bruni major, procurator ecclesie S<sup>i</sup> Petri de Burgo Valencie, qui ... exhibuit & presentavit coram nobis quasdam patentes literas in papiro scriptas a discretis viris Johanne Barleane & Johanne du Feu, servientibus armorum serenissimi principis dom. regis Francorum & commissariis in hac parte specialiter deputatis, emanatas eorumdem commissariorum sigillis rotundis cera rubea, ut in eisdem literis legitur, sigillatas, sanas & integras...; supplicans humiliter ... ut nos dict. literas ... in formam publ. redigi facere dignemur ad perhempnem memoriam habendam in futurum.... Nos vero, suplicationi ... annuere volentes, precepimus.... Quas quidem literas...; & hiis omnibus ... sedentes in studio domus habitationis nostre super quoddam scannum quod pro tribunali elegimus more majorum..., auctoritatem nostram ordinariam interposuimus pariter & decretum.... Acta fuerunt hec Valencie... in studio habitationis nostre..., testibus presentibus ven<sup>li</sup> & discreto viro mag. Johanne de Sala jurisperito, Johanne de Aymoneto habitatore Valencie & Johanne Burleti de Castro Novo Ysere, Valent. diocesis.--Tenor vero copie commissionis dict. duorum commissariorum sequitur....--Et me Jacobo de Fraxino, clerico Cameracen. diocesis, pub, imp<sup>li</sup> auct<sup>te</sup> notario & curie Valent. jurato....*

L'original de cet acte a 80 lig., avec sceau appliqué sur papier. Le salaire du notaire est indiqué par cette note: *Sol(vit) dom. Bartholomeus Bruni pro scriptura presentis instrumenti vi grossos, item pro sig(no) VII d(enarios)*. Une autre résume l'objet des lettres de main-levée: *Bona litera de facto portus Rodani, qualiter duo comissarii regii, deputati ad faciendum fieri recognitiones feudorum & homagiorum qui tenentur a dom. rege Franchorum, cognoverunt & declaraverunt vigore eorum comissionis quod portus Rodani non tenetur de feudo dicti dom. regis.*

\* \* \* \* \*

LXXII. 13 décemb. 1404-21 février 1405.

[*Concessio transitus aque per rectorem anniversariorum*][A].

IN nomine Domini, amen. Per hoc publ. instrumentum cunctis apareat evidenter, quod anno Dominice Incarnacionis mill<sup>io</sup> quadringen. quarto & die tertiadecima mensis decembris, coram me notario & testibus infrascriptis, personaliter constitutus discretus vir dom. Aymarus Reynerii prebiter, rector beneficiorum Chayssiorum institutorum in ecclesia Sancti Petri de Burgo Valentie, utilitate & comodo dict. beneficiorum pensata, sciens ... nomine dict. beneficiorum, in presenciam & de consilio ven<sup>lis</sup> viri dom. Stephani Fabri canonici dicte ecclesie, dedit & titulo pure ... & irrevocabilis donationis tradidit (&) perpetuo penitus habere concessit Johanni Ferralhonis ... recipienti..., videl. quendam transitum aque sive aygagii prati quod, Deo dante, facere intendit idem Johannes Ferralhonis in terra per eundem Johannem ad censata die sexta hujus mensis, videl. per pratum dict. beneficiorum, scil. per quandam bealeriam per dict. Johannem de novo faciendam, que descendat a bealeria que est a parte boree dicti prati beneficiorum predict. & incipit a quodam fonte & descendit ad partem venti ad dict. terram dicti Johannis sitam in mandamento dicti Burgi Valentie, loco dicto in Magnis Oloysiis, sub annua. pensione seu servitute unius quarte frumenti mesure vendentis sive ad mensuram Valentie necnon & unius galline, solvendorum ... quolibet anno per ... tenementarios dicti aygagii seu rigagii dicto rectori & successoribus in festo sancti Appollinaris.... Et fuit actum inter dict. partes quod dict. Johannes debeat aptare & tenere aptatam factam dict. bealeriam descendentem a borea usque ad terram dicti Johannis propriis sumptibus & expensis. § Item fuit ... conventum, arrestatum & in pactum deductum ... quod dict. Johannes debeat & teneatur solvere terciam partem expensarum necessariorum pro reparando ... dict. bealeriam superiorem ... que est a parte boree, videl. a principio dicte superioris bealerie que incipit a matre aque, incipiendo a parte orientis veniendo usque ad introitum bealerie per quam accipiet dict. aquam ... que descendit a borea ad ventum ad terram dicti Johannis, tociens quotiens ... necessaria reparatio. Promittens dict. dom. Aymarus rector ... per juramentum ... dict. concessionem seu donationem rigagii seu aygagii ... ratam & firmam habere...; dict. vero Johannes ... juravit solvere ... dicto rectori ... dict. quartam frumenti & gallinam ... una cum expensis: supponentes.... De quibus.... Actum Burgi Valentie, videl. in cimiterio dicte ecclesie juxta campanile ejusdem ecclesie, testibus presentibus ven<sup>bus</sup> viris dom. dicto

Stephano & Guillelmo Fabri canonicis dicte ecclesie, & Bartholomeo Bruni presbitero dicte ecclesie Sancti Petri, Francisco Rolandi & Guioneto de Rocha alias Gronhdane, monerio dicti Burgi, & me ... § Postque anno proxime dicto & die vicesima prima febroarii, qua die per continuacionem celebratur capitulum in capella Sancte Katerine juxta claustrum dicte ecclesie, ven<sup>{les}</sup> viri dom. Pontius de Altovilari precentor, Hugo de Genasio, Johannes de Bello Castro, Stephanus & Guillelmus Fabri, canonici dicte ecclesie, capitulantes, certificati de predictis per relationem dicti dom. Stephani Fabri..., citra prejudicium dicte ecclesie & sui molendini..., predicta laudaverunt & tamquam facta pro utilitate dict. beneficiorum & rectorum suorum ratificaverunt.... Actum ubi supra, in dicta capella Sancte Katerine, presentibus testibus dom. Bartolomeo Bruni & Johanne Durandi prebiteris dicte ecclesie. [sigillum] Ego vero Bertrandus Arnulphi, auctor. imper. notarius publ. & curie Valentin, juratus secretariusque dicti ven<sup>{lis}</sup> capituli....

[A] Extrait de l'orig. parch. de 56 lig.; au dos se lit cette note: *Johannis Ferralhonis habitatoris Burgi Valentie donacio seu concessio transitus aque sive aygagii prati per ipsum noviter faciendi in terra sua Magnarum Oloysiarum per rectorem beneficiorum Chayssiorum; & cette autre qui n'est pas sans intérêt: Hic de fonte & matre aque pro adaquatione seu rigatione pratorum beneficij Chayssiorum que possidet dom. Michol; satisfactio dominorum de capitulo.*

\* \* \* \* \*

LXXIII. 18 mai 1419.

[*Concilii episcopalis Valentie inhibitiones circa portum*][A].

CONCILIUM episcopale reverendi in Xpisto patris & domini nostri dom. Johannis de Pictavia, Dei gracia episcopi & comitis Valentinensis & Diensis, in Valentia residens, viro nobili Eynardo Charnay subconreario Valencie, necnon preconii publico & cuicumque secularis curie Valencie servienti, salutem. Visis literis nobis pro parte potentis viri domini Crusseoli & procuratoris ecclesie Sancti Petri de Burgo Valentie, factum & declaracionem portus & rasseriorum Valentie in se continentibus, ad effectum executionis contentorum in eisdem exhibitis & presentatis, quarum copia presentibus est annexa, vobis & vestrum cuilibet harum serie precipimus & mandamus quatenus omnia & singula in literis eisdem contenta predict. rasseris & piscatoribus presentis civitatis Valentie notificetis tam voce preconis quam in eorum propriis personis, adeo ut ignorantie causam pretendere non possint, eisdemque & eorum cuilibet inhibeat & deffendatis sub pena in dict. licteris contenta ne abinde inanthea quoquomodo aliquas merces seu homines ultra formam & tenorem dict. literarum transire de regno in imperium & e converso in eorum naviolis sive rasseris ultra solitam consuetudinem & dict. literarum tenorem presumant; intimantes eisdem & eorum cuilibet quod, si contra prohibitionem & deffensionem predictas fecerint, contra ipsos & eorum quemlibet, necnon ad exactionem dicte pene procedemus ut juridice fuerit procedendum. Datum Valentie, die decima octava mensis maii, anno Domini millesimo quatercentesimo decimo nono.

A. GALE.

[A] Ces lettres, témoignage unique dans nos archives de la juridiction dont elles procèdent, reçurent leur exécution le 23 du même mois, comme on le constate par l'acte dans lequel elles se trouvent insérées & dont nous extrairons la partie historique:

*IN DEI NOMINE, AMEN. Per hoc ... instrumentum ... notum sit & appareat manifestum, quod anno Domin. Incarnac. M<sup>{o}</sup>CCCO<sup>{o}</sup>XIX<sup>{o}</sup> & die xxiii<sup>{a}</sup> mensis maii, rev. in X<sup>{o}</sup> patre & dom. nostro D. Johanne de Pictavia D. gr. episcopo & comite Valentin, & Diensis existente,... existentes & personaliter constituti coram nobili viro Eynardo Charnay subconreario Valentie, in ripperia Valentie supra portum Rodani existente, discreti viri mag. Stephanus Mantelli, procurator ut asserebat potentis viri domini Cruceoli Valent. diocesis, dom. Johannes de Ulmeto presbiter, tamquam procurator ut dicebat ven<sup>{lis}</sup> capituli ecclesie collegiate Sancti Petri de Burgo Valentie, & dicto nob. Eynardo subconr. tradiderunt, exhibuerunt &*

*presentaverunt quasdam licteras in papiro descriptas, a ven<sup>li</sup> concilio episcopali Valentie emanatas, ad effectum executionis contentorum in eisdem, una cum copia certarum aliarum licterarum dict. licteris annexata, per condam bo. me. rever. in X<sup>o</sup> patrem & dom. d. Falconem episcopum & comitem Valentin. concessarum, factum portus Valentie concernencium (ch. XIV). Quarum ... tenores seriatim sequuntur ...--Petentes & requirentes ipsas licteras ... de puncto ad punctum ... excequioni debite demandari: qui quidem nob. Eyn. Charnay subconr..., cum honore & reverentia debitis receptis obtemperando tanquam filius obediencie..., incontinenti precepit & in mandatum dedit Mundono Teyssonerii, preconii publico pres. civitatis Valentie..., quatenus in dict. literis contenta intimaret & notificaret & inhiberet voce preconis supra portum Rodani piscatoribus & rasseriiis...; qui quidem Mundonus ... parendo conestim omnia & singula in literis preinsertis contenta voce preconis alta & intelligibili..., preconisavit. notificavit, intimavit & inhiibuit..., etiam in propriis personis Bonthosii Pellisonis, Petri Forneti, Michaelis Moni, Johannis Finelli & Petri Chalamelli piscatorum & rasseriorum Valentie.... Acta fuerunt hec apud Valentiam supra ripperiam portus Valentie, presentibus testibus ven<sup>li</sup> viro dom. Stephano Fabri, ecclesie S<sup>i</sup> Petri de Burgo Valen. canonico, nobili Guillelmo de Vernone. Symundo de Versi mandamenti Petre Gorde, Guillelmo Massardi alias Maganha & Johanne Reynaudi habitatore ripparie Valentie, cum pluribus aliis fidedignis; & me Anthonio Gale, cive Valentie, notario auctor. imper. publ. curieque Valent. jurato....*

L'original parch. de cet acte offre au dos une assez longue analyse que nous supprimons pour abréger.

\* \* \* \* \*

LXXIV. 13 juin 1430.

*Appellacio ecclesie Burgi et pontaneriorum portus Roddani Valentie*[A].

CORAM vobis venerabili & circumspecto viro dom. Poncio Marcolis, in legibus licenciato, iudice curie secularis comunis civitatis Valentie, seu vestro locum tenente existens hon<sup>lis</sup> vir dom. Johannes de Ulmeto presbiter, procurator ecclesie collegiate Sancti Petri de Burgo Valentie necnon Guignonis Coste, Stephani Buvardi & Colaudi Noni, tam nominibus suis quam... Johannes Peleti, pontaneriorum in portu Rodani Valentie, hominum francorum dicte ecclesie & totaliter exemptorum a iurisdictione vestra, dicens & proponens ... quod vos seu vestre curie temporalis ... officarii, ad importunam instanciam quorundam pretensi procuratoris fiscalis curie vestre & sindicorum universitatis Valentie, ipsos quatuor homines ... intitulistis seu intitulari fecistis, imponendo eis figgisse quandam acram muri fortificacionis riparie Valentie prope Rodanum, & propterea ipsos ... condemnastis in centum solidis ... solvendis procuratori exactori expletorum dicte curie, & ad refformandam dict. acram muri, prout sic vel consimiliter plus vel minus in dicta tali quali vestra pretensa sententia dicitur contineri; ad que processistis, cum reverencia loquendo, de facto nulliter, precipitanter & exobrupto, juris ordine non servato, cum non sint confessi aut alias legitime quicti, eciam quia non habetis iurisdictionem neque punicionem seu cognicionem contra ipsos, cum sint exempti a iurisdictione vestra & sint de foro & iurisdictione dicte ecclesie capituli S<sup>i</sup> Petri, & propterea ipsos ... remictere debebatis cum causa vestra ipsis dominis de capitulo & suo iudici pro iusticia de ipsis, si delinquissent, ministranda, & de ipsis non debebatis vos intromictere. Igitur dict. procurator dicte ecclesie & capituli S<sup>i</sup> Petri in quantum concernit dampnum & prejudicium ipsius capituli & eciam... dict. quatuor sociorum pontaneriorum magistrorum suorum..., idem dom. Johannes de Ulmeto per predict. vestros pretensos processus sentenciasque inde sequatas & nullitates ac iniquitates & injusticias sciens dict. capitulum & ipsos quatuor pontanerios fore ... gravatos, dubitans propterea forcius in futurum gravari..., in ejus scriptis appellat & provocat ad dom. nostrum episcopum & comitem Valent. & Diensem & ejus officialem, in hac parte iudicem appellacionum..., & petit appostolos semel, secundo, tercio & pluries, instanter, instancius & instantissime per vos sibi dari & concedi. De quibus, una cum responcione vestra, petit a vobis notario hic presente sibi fieri publ. instrumentum, testes invocans hic presentes.

---

[A] Cette appellation se trouve insérée dans un acte (original parch. de 62 lig. 1/2) dont il est utile de donner un extrait:

IN nomine Domini, amen. Noverint ... quod anno beatissime Incarnationis ejusdem Domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>, indict. viii<sup>a</sup> & die mercuri que fuit xiiii<sup>a</sup> mens. junii, rev<sup>o</sup> in X<sup>o</sup> patre & domino nostro dom. Johanne de Pictavia miser. div. episcopo & comite Valentin. & Diensi existente...; ad quam quidem diem, inter horam nonam & decimam, venit & personaliter accessit coram ven<sup>o</sup> viro dom. Poncio Marcolis, in legibus licenciato, iudice curie secularis Valencie, existente in platea clericorum Valencie prope predict. curiam..., discretus vir dom. Johannes de Ulmeto presbiter, procurator ven<sup>o</sup> virorum dd. prioris & capituli ecclesie collegiate S<sup>i</sup> Petri de Burgo Valencie necnon Guigonis Conste, Stephani Buvhardl & Colaudi Nony..., Johannis Pelleti..., pontaneriorum in portu Rodani Valencie, & de quadam diffinitiva sententia ... lata per supradict. dom. iudicem ... appellavit...; prout ... in quodam papiri foleo quem scripto exhibebat continetur, dicens, appellans, apostolos petens & alia faciens & protestans prout in eo scribitur; de quibus, una cum responcione dicti dom. iudicis, si quam sibi faciat, peccit... Et dict. dom. iudex, premissis auditis, assignavit dicto procuratori ... ad audiendum responcionem suam diem octavam proxime futuram, hora ista consimili... Actum ut supra, testibus present. ibidem dom<sup>o</sup> Petro Lochayle, presbitero ecclesie Valentine, Glaudio de Bellomonte, clerico & epifardo predicte ecclesie, & Anthonio Marchonis de Subdione, Valent. dioc...--Tenor dicte appellacionis ... sequitur in hec verba: Coram vobis (*ut supra*) ... presentes.--Postque..., die octava superius assignata, que fuit mercuri xxi<sup>a</sup> supradicti mensis, inter horam ix<sup>am</sup> & x<sup>am</sup>, existens in curia supradicta..., coram hon<sup>o</sup> viro Anthonio Champelli, conreario predicte civitatis Valencie, tenente predict. curiam..., supradict. dom. Johannes de Ulmeto, dicens quod dom. iudex ipsum assignavit...; & dict. dom. conrearius, premissis auditis, dicit & respondit ... quod dict. d. iudex est absens a presenti patria & quod ipse ignorat predicta, & ideo dicto d. Johanni assignavit ad diem jovis crastinam in presenti curia, ad consimilem horam... Actum *ut supra* testibus ... discretis viris magg. Petro Pelleti, Reymondo de Sala, Anthonio Chaboti, notariis Valencie... Et paulo post ... incontinenti accessit personaliter dict. d. Johannes de Ulmeto ... ad domum habitationis dicti dom. iudicis Valencie, sitam in carreria Sancti Felicis, & dum fuit ante dict. domum, pro audiendo responcione dicti d. iudicis, reperiit januam dicte domus clausam & peccit dict. d. iudicem, & ibidem Jaquetus Gaudilhonis payrolerius, habitator Valencie, vicinus dicti d. iudicis, dixit dicto d. Johanni quod sunt octo dies quod dict. d. iudex recessit extra villam presentem & apost non fuit in villa pres., & eiam quod nullus apost fuit nec stetit in dicta domo; qui quidem dom. Johannes dixit ... quod per cum non stat si haberet presenciam predicti d. iudicis de audiendo ejus responcionem. De quibus... Actum Valencie, in carreria publica ante domum predict., testibus ... dom. Johanne Durandi, presbitero ecclesie Burgi Valencie, Goneto Foronis, clerico ecclesie Sancti Johannis Valencie, & dicto Jaqueto Gaudilhonis...--Item..., die jovis superius assignata, que fuit xxii<sup>a</sup> junii, inter horam ix<sup>am</sup> & x<sup>am</sup>, discretus vir mag. Stephanus Savelli notarius, procurator dict. appellancium, existens ante curiam predict. & coram supradicto d. conreario, dicens quod paratus est audire responcionem predicti d. conrearii..., dict. d. conrearius ipsum remisit ... in termino juris parti sue assignato... De quibus... Actum ut supra, testibus discretis viris d. Johanne Durandi, presbitero ecclesie Burgi Valencie, magg. Johanne Ricoti & Joh. Leporis, notariis,...--Subsequenter vero ... & die jovis que fuit xiii<sup>a</sup> mens. julii, inter horam ix<sup>am</sup> & x<sup>am</sup>, ad quas quidem diem & horam pendebat sive cadebat assignacio termini juris superius assignati, supradict. d. Johannes de Ulmeto ... accessit personaliter ... in curia predicta..., in qua non reperiit nisi Ludovicum de Platea, notarium..., cui dixit qualiter supradict. d. iudex eidem assignaverat...; qui quidem Ludovicus eidem respondit quod dict. d. iudex non est in presenti patria nec fuit est jamque unus mensis vel circa. De quibus... Actum in dicta curia..., testibus discr. viris d. Jacobo Famionis, prebitero ecclesie Burgi, Glaudio de Bellomonte & Johanne Rebolli, clericis & epifardis ecclesie Valencie... Et paulo post ... incontinenti accessit supradict. d. Johannes de Ulmeto... ad domum habitacionis dicti d. iudicis..., & dum ipse fuit ante dict. domum..., reperiit januam clausam & peccit dict. d. iudicem, & ibidem Guillelmus Gaudilhonis perollerius... dixit ... quod est jamque unus mensis lapsus vel circa quod dict. d. iudex recessit extra villam & apost non fuit in pres. villa, & eiam quod nullus apost fuit nec stetit in dicta domo...; qui quidem d. Johannes dixit *ut supra*. De quibus... Actum Valencie, in carreria publ. ante domum predict., testibus religioso viro dom. Johanne de Fueno alias de Tincto, canonico prioratus Sancti Felicis prope & extra muros Valencie, predicto d. Jacobo de Famionis & dicto Guil. Gaudilhonis..., & me Humberto Polleti, clerico de Valencia, notario auct. imper. publ. curieque Valencie jurato...

LXXV. 12 décembre 1430.

[*Compromissum inter Giraudum Basteti dominum Cruceoli et capitulum S<sup>i</sup> Petri, et universitatem civitatis Valentie.*][A].

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Noverint universi & singuli ... quod anno beatissime Incarnacionis Dominice mill<sup>o</sup> quadringentesimo tricesimo, indicione nona & die duodecima mensis decembris, pontificatus SS<sup>mi</sup> in Xpisto patris & domini nostri dom. Martini superna providencia pape quinti anno decimo quarto, ac rever<sup>do</sup> in Xpisto patre & domino nostro dom. Johanne de Pictavia Dei gracia episcopo & comite Valentin. & Dyensis existente, in presencia nostrum ... juratorum..., cum iis, questio & debatum questionumque materia & controversiarum verterentur majoresque imposterum verti & oriri multipliciter sperarentur inter & per nobilem & potentem virum dom. Giraudum Basteti militem, dominum terre & baronie Cruceoli, & venerabile Capitulum ecclesie collegiate Sancti Petri de Burgo Valentie ex una, & universitatem civitatis Valentie partibus ex altera, tam agendo quam deffendendo super eo, ex eo & pro eo quod prelibati dom. Cruceoli & domini Capituli dicte ecclesie Burgi Valentie dicebant, asserebant & proponebant quod nonnulli cives, habitatores & incole dicte civitatis Valentie, nonnulla parva navigia piscatoria seu ad piscandum apta & alia vulgariter rasseria nuncupata habentes & tenentes in portu Rodani Valentie nuncupato, perturbant dict. dominos Cruceoli & ecclesie Burgi seu eorum arrendatores & comissos seu deputatos dicti eorum portus uti impediabant, prout antiquitus erant assueti, quodque ipsa navigia habebant & tenebant & ipsis utebantur ultra & contra modum & formam antiquitus usitatos & observatos & per bo(ne) me(morie) dom. Falconem condam Valentin. episcopum declaratos & ordinatos, ut quibusdam licteris dicti dom. Falconis apparebat, ob quod multipliciter gravabantur in ipsorum & dicti eorum portus maximum prejudicium, dampnum & lesionem, prout dicebant, super quibus omnibus petierunt & instanter requisierunt per presat. dominum nostrum de remedio provideri opportuno; honorabilibus viris scindicis dicte civitatis Valentie ac scindicario nomine incontrarium dicentibus & proponentibus dict. cives, incolas & habitatores civitatis Valentie & ripperie ejusdem habentes & tenentes dicta parva navigia piscatoria & alia vulgariter, ut predictum est, rasseria nuncupata, fuisse & esse in possessione, usu & observancia paciffica & quieta a X., XX., XXX., XL., L., LX., centum annis & ultra & citra & per tantum temporis spacium quod sufficit ad veram possessionem acquirendam & acquisitam retinendam ... in flumen Rodani e contra Valentiam tot & tantos naviolos piscatorios & alios rasserios nuncupatos quot & quantos pro tempore voluerint, tum quibus dict. flumen Rodani eundo & redeundo quoscumque quin in dict. naviolis poterant receptari dict. flumen transire volentes, una cum omnibus suis bonis & mercanciis quas secum defferebantur, exceptis chargiis mercaturarum que cum animalibus defferebantur & que ad collum unius hominis comode deferri non possint, & quod domini dicti portus seu eorum deputati ibidem tenent unam parvam navem ultra alias tenere assuetas in prejudicium atque dampnum universitatis dicte civitatis Valencie & habitatorum ejusdem atque rei publice ejusdem & contra bonos mores & antiquam ac laudabilem consuetudinem per dominos dicti portus & gubernatores ejusdem diucius observatos, & in hoc ledebantur & opprimebantur multipliciter, declaracionem & tenorem dict. licterarum dicti condam dom. Falconis aliter & alio modo quam interpretari debeant interpretantes, & quod ipsi a pauco tempore citra dict. portum corum de limitibus dicti Burgi mutaverunt infra limites dicte civitatis, quodque eciam diversimode opprimebant dict. cives, incolas & habitatores dicta parva navigia piscatoria & rasseria habentes & tenentes, ipsos inquietando, arrestando & molestando, & plus ab ibidem transeuntibus recipiendo quam recipere teneantur seu consueverent. Et tandem dicte partes volentes & cupientes finem debitum dict. debatis imponere & de eisdem ad bonam pacem & veram concordiam devenire, hinc est quod anno, indicione, die, pontificatu ac presule suprascriptis,.... supradict. dom, Giraudus Basteti miles, dominus terre & baronie Cruceoli, nomine suo & supranom. ecclesie collegiate S<sup>i</sup> Petri de Burgo ... ex una & hon<sup>les</sup> viri Glaudius Plonerii & Huguetus Payrolerii, cives & mercatores ac scindici universitatis civitatis Valencie ... partibus ex altera, ipse inquam partes, non errantes..., volentes & cupientes anfractus litium dubios evictare..., alte & basse compromiserunt ... in predict. rev<sup>dum</sup> in Xpisto patrem & dom. nostrum dom. Johannem de Pictavia, D. g. episcopum & comitem Valent. & Diensem, ibidem presentem & in se onus huj<sup>di</sup> compromissi gratis suscipientem..., de stando ejus ordinacioni..., dantes & concedentes ...; & fuit actum ... quod pres. compromissum duret ... hinc ad festum Nativitatis beati Johannis Baptiste proxime venturum; item fuit ulterius actum ... quod pefat. dominus noster ... possit ... huj<sup>di</sup> compromissum



prolongare uno semel ad sui libitum voluntatis; item ... quod omnes cause, lites judiciales pendentes ... tam in curia parlamenti regii Pictaviensis quam alibi interim cessent sub spe pacis & concordie...; item... quod partes ... teneantur laudare ... dict. sententiam arbitralem..., sub pena centum marcharum argenti fini, medietate applicanda prefato dom. arbitro & alia parti obedienti...; promictentes insuper...; supponentes inde..., se ... interdictioni fori, coercioni & compulsioni curiarum dom. officialis, iudicis & conrearii Valentie curiarumque delphinalium majoris consistorii dalphinalis Gracionopoli residentis, Burgondii, Terre Turris, Sancti Marcellini, Romanis & Cabeoli, Montilii Adheymarii & Criste Arnaudi, curiarumque regiarum parvi sigilli Montispezzulani, convencionum Nemausi, Ville Nove de Beico & Bocey ... curieque camere apostolice dom. nostri pape ejusque auditoris & viceauditoris ejusdem & omnium aliarum curiarum tam ecclesiasticarum quam secularium.... Acta fuerunt hec Valentie, in aula domus episcopalis Valentie, testibus presentibus ven<sup>bus</sup> & circumsp<sup>ectis</sup> viris dom. Anthonio Casedei in legibus licenciato, Jausserando Silmonis sacrista, Stephano Bueteti, canonicis ecclesie Valentine, Johanne Palmerii burgensi Valentie, magistris Petro Bernardi & Petro Gauterii notariis Valentie....

[sigillum]Et me Reymundo de Sala, cive Valentie, notario auctoritatibus apostolica & imperiali publico curieque Valentie jurato, qui de predictis notam recepi, una cum discreto viro magistro Johanne de Vergomasto, meo in hac parte collega....

[A] Extrait de l'orig. parch. qui n'a pas moins de 78 lig. Avec ce titre: *Civitatis Valencie ex una & domini Cruceoli partibus ex altera compromissum pacis*, le dos porte une longue analyse que nous supprimons pour reproduire cette note précieuse: *Nil valet, quia dom. Johannes de Pictavia episcopus Valentie pronunciavit fore nullam sententiam quam protulerat pretextu hujus compromissi* (ch. LXXVI), *scilicet in alia sententia arbitrari sequenti quam etiam tulit super eodem facto portus Rodani* (ch. LXXVIII).

\* \* \* \* \*

LXXVI. 22 décembre 1431.

[*Sententia arbitraris dom. Johannis de Pictavia episcopi Valentie inter eosdem*][A].

IN DEI NOMINE, AMEN. Nos Johannes de Pictavia, Dei gracia Valentinensis & Diensis episcopus & comes, dominus superior partium & rei feudalis infrascriptarum, atque arbiter arbitrator & amicabile compositor a partibus infrascriptis super rebus, negociis, questionibus & controversiis infrascriptis cedandis, interpretandis, ordinandis & decidendis comuniter electus, notum facimus ... universis ... quod anno beatissime Incarnationis ejusdem Domini mill<sup>io</sup> quatercen. tricesimo primo & die sabbati ante festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Xpisti, que erat & intitulabatur vicesima secunda dies mensis decembris, pontificatus SS<sup>mi</sup> in Xpisto patris & dom. nostri d. Eugenii div. provid. pape quarti anni primi; ad quam vero diem & horam vesperorum assignatum est de precepto & mandato nostris magnifico & potenti dom. Giraudo Basteti militi domino Cruceoli, homini & fideli ac consanguineo nostro & ecclesiarum nostrarum, suo nomine, & procuratori ecclesie Sancti Petri de Burgo Valencie, dicte ecclesie nomine, dominis portus olim Burgi nunc vero Valencie vulgariter nuncupati, ex una parte, & dilectis nostris Anthonio de Monte Cluso & Petro Borsserii, procuratoribus & scindicis modernis universitatis nostre civitatis Valencie, ex parte altera, ad audiendum nostram arbitralem & diffinitivam sententiam, ordinationem, interpretationem & declarationem per nos proferendas in causa arbitrari ... vertente & indeciza pendente inter partes ... ex causa dicti portus.... Quibus die & hora, apud dict. nostram civitatem Valencie & in domo nostra episcopali Valencie, in camera nostra bassa paramenti in qua pro tunc ad hec peragenda sedebamus, venerunt personaliter & comparuerunt nobilis vir Guillelmus de Vernone castellanus Cruceoli ac procurator prefati domini Cruceoli, necnon providus vir Humbertus Polleti, notarius Valencie ... procurator ven<sup>lium</sup> virorum dominorum ecclesie Sancti Petri de Burgo ... ex una parte..., petentes & instanter requirentes ... sententiam ... contra partem adversam in expensis damnisque & interesse ... condempnari; comparuerunt ibidem ex adverso supranom. Anthonius de Montecluso & Petrus Borsserii, procuratores..., assistente cum ipsis ven<sup>li</sup> & circumsp. viro dom. Giraudo Chabassii legum eximio professore, eorum in hac parte consiliario, petentes.... Nos dict.

episcopus & comes, dominus superior..., prout constat instrumento publ. per Reymundum de Sala notarium ... recepto..., auditis partibus..., necnon viso & diligenter inspecto tenore copie litterarum quarumdam bone memorie rev<sup>^</sup>{di} in Xpifto patris dom. Falconis condam Valentin. episcopi, predecessoris nostri..., necnon etiam & visa quadam papiri cedula pro parte dict. sindicorum & universitatis nostre Valentie ... producta..., ad nostras ... diffinitivam sententiam, declarationem, ordinationem & interpretationem processimus ... & promulgari publice fecimus per organum dilecti nostri Petri Bernardi notarii ... in hec verba: §Johannes de Pictavia ... diffiniendo ordinamus nostramque interpretationem, declarationem & diffinitionem ... in his scriptis proferimus, prout in articulis seu capitulis inmediate sequentibus continetur: § Et primo, quod dominis dicti portus, qui nunc sunt & pro tempore fuerint..., licitum sit solita sui portus Rodani navigia habere & applicare in portu dicte civitatis Valentie, necnon unum parvum & unicum naviolum dumtaxat ad similitudinem aliorum parvorum rasseriorum in quo parvo naviole gentes pedester non ultra sex personas ultra naucherios pro servicio dicti portus ab utraque parte transire possint & valeant, solvendo & exhigendo a qualibet persona pedester transeunte cum suis bonis que secum portabunt duos denarios monete currentis pro tempore in presenti civitate Valencie; Rodano vero excessive inundationis existente, tres denarios ejusdem monete tantum; a personis vero equestribus transeuntibus in aliis dicti portus navigiis pro se & equo ac bonis suis duodecim denarios dicte monete tantum, dicto vero flumine excessive magno & inordinato existente, decemocto denarios ejusdem monete & non ultra; & pro quolibet animali onerato mercaturarum, duodecim denarios tantum & non ultra; pro animali vero bovino, sex denarios & non ultra, Rodano non existente excessive magno, excessive vero existente octo denarios ejusdem monete & non ultra; & pro animali porcino, dicto flumine non existente excessivo tres denarios & non ultra, & ipso existente excessivo quatuor denarios tantum & non ultra; & similiter de vitulis; de caprinis vero seu edulis lactis, unum denarium pro quolibet & non ultra. Et cum hiis domini dicti portus seu eorum deputati debeant a cetero merito contentari. § Item, quod liceat dict. civibus, incolis & habitatoribus dicte civitatis & cuilibet ipsorum solita parva navigia tam piscatoria quam rasseria aut alia, non tamen excedencia mensuram & capacitem solitorum navigiorum rasseriorum, in dicto portu civitatis Valencie ultra citraque dict. flumen habere, tenere & applicare, & cum eis tocians quociens & quos pedester voluerint, Lombardis ab hoc exceptis, transducere seu passare omni impedimento cessante, cum hac moderatione quod in quolibet dict. naviolorum seu rasseriorum non introducantur ultra navigatores seu nauctas nisi sex persone, ad evictandum pericula que propter excessiva navigiorum onera plurimumque solent evenire; a quibus personis & pro qualibet ipsarum ultra summam duorum denariorum dicte monete nullatenus debeat nec possit exhigi seu levari ad causam passagii seu portus sui jamdicti; pro qualibet vero die qua persone antedicte transitum facient in dicto portu nisi in casu quo dict. flumen esset excessive magnum, quo casu adveniente tres denarios dicte monete tantum exhigant & non ultra. § Item, quod quocienscumque contingerit in dicto portu cum dict. naviolis & rasseris aliquas personas pedester transitum facere ultra vel citra dict. flumen portantes cuniculos, racemos cum paneris in capite, fructus, perdrices, pollalhas, lepores, caprinos, edulos & vitulos lactis, necnon porcellos aut alias quascumque res hiis similes, quarum pondus non exedat viginti quinque librarum, fraude quacumque cessante, quod liceat dict. navigatoribus dicta parva navigia & rasseria tenentibus res huj<sup>^</sup>{di} impune transire seu transducere, cum moderatione tamen numeri dict. personarum superius declarati; quantum vero ad alias mercancias transitus seu transductus earumdem pertineat ad portum jam dict. dominorum Cruceoli & Burgi, nec de eis navigatores dict. parvorum navigiorum & rasseriorum se ullatenus debeant intromictere, & hec erunt usagia perpetua dicti portus, tam respectu portus & pontaneriorum dict. dominorum quam parvorum navigiorum & rasseriorum civium habitatorum & incolarum dicte civitatis & ripparie ejusdem... § Que premissa volumus & diffiniendo declaramus & injungimus districte per dominos supradict. & dict. eorum portum ... gubernantes ... necnon per cives nostre civitatis incolas & habitantes..., tenentes dicta parva navigia & rasseria, fraude quacumque cessante observari; & hoc sub pena decem solid. currentium, medietatem fisco nostro, aliam vero ... dicto domino Cruceoli applicando..., cessantibus quibuscumque inquestis & processibus inquisitionalibus.... Quas quidem nostras ordinationem, declarationem ... jubemus per ambas partes ... infra octo dies emologari...; pronunciantes nichilominus ... quod si ... aliqua dubietas aut obscuritas ... appareret, ejus declarationem & expositionem nobis viventibus retinemus & reservamus, si vero post discessum nostrum..., nostro ... successori. Quibus.... Acta, lata & prolata fuerunt huj<sup>^</sup>{di} sententia & ordinatio publice, in presencia & audientia nobilium Alziacii Johannini civitatis Diensis, Jordanoni Silvionis de Liberone, hon<sup>^</sup>{lium} virorum Johannis de Salhiente, Johannis de Genasio, Johannis Palmerii, Petri Dei Fecit, Bertrandi

Romilhionis, tam burgensium quam mercatorum, magistrorum Reymundi de Sala, Mathei Borelli, notariorum civitatis Valencie, Johannis de Bergomassio notarii Sancti Petriay, dicte Valentin. diocesis, plurimumque aliorum...; & me Petro Bernardi notario auctor. imper. publ. & curie Valent. jurato.... [sigillum]

[A] Nous ne donnons qu'un extrait de cette sentence dont l'orig. parch. a une centaine de lig.; outre les longueurs, nous avons supprimé le texte de la consultation des avocats de la ville, pleine de citations empruntées au *Corpus juris* & dont les motifs sont tirés de la charte de l'évêque Falques.

\* \* \* \* \*

LXXVII. 9 février 1433.

[*Sententia arbitraris dom. Johannis de Pictavia episcopi Valentin. et Diensis circa jura et emolumenta portus Rodani*][A].

IN nomine Domini, amen. Ex hujus veri & publ. instrumenti serie cunctis ... indubitanter appareat manifestum, quod cum lites & controversiæ diversimode verterentur ... majoresque verti & agitari sperarentur ... inter nobilem & potentem virum dom. Girardum Basteti militem, dominum loci Cruceoli & baroniæ ejusdem, nomine suo..., & ven<sup>{le}</sup> capitulum ecclesiæ Sancti Petri de Burgo Valentia, nomine ecclesiæ prædictæ..., ex parte una, & universitatem civitatis Valentia & syndicos ejusdem ac burgenses, cives, incolas & habitatores ipsius civitatis, ex parte altera, ipsis domino Cruceoli & ven<sup>{li}</sup> capitulo asserentibus quod, licet ipsi sint & diu fuerint domini portus Rhodani secus Valentiam & Burgum ejusdem ejusque territoria teneri & exerceri soliti, & ipsi domino Cruceoli pro tertia & ecclesiæ prædictæ pro duabus partibus jura, emolumenta & proventus dicti portus pleno jure pertinuerint & pertineant, eisque & pontonibus per ipsos pro tempore deputatis licuerit & liceat in dicto portu pro exercitio ipsius portus tot & tanta navigia magna & parva tenere & habere quot & quanta voluerint, exercitiumque dicti portus secus dict. civitatem tenere ac navigia quæcumque ipsius portus in moeniis ripariæ dictæ civitatis pro suo libito voluntatis alligare & quibuscumque Rhodanum transire volentibus, cum animalibus, rebus & bonis quibuscumque, pedester & equester, per portalia dictæ civitatis & ripariæ ejusdem liberum gressum & egressum habuisse & habere ad navigia dicti portus & ab ipsis navigiis ad dict. civitatem, absque eo quod burgenses, cives & incolæ aut alii quicumque habitatores civitatis prædictæ & suburbiorum ejusdem in limitibus dicti portus navigia causa lucri seu minuendi jura portus tenere aut exercitium passagii ipsius portus ibidem habere debuerint vel debeant aliter quam modo & forma latius contentis in instrumento cujusd. sententiæ per bo. me. rever. in Christo patrem & dom. nostrum d. Falconem miser. div. quondam episcopum Valentia ... (*suit la ch. XIV*); nihilominus plures ex burgensibus, civibus, incolis & habitatoribus præfatis ordinationes & declarationes in dicta sententia contentas temporibus retro lapsis de facto pluries infregerint & dietim infringere non cessant, non permittentes ipsos dominos & pontonarios dicti portus ibidem pacifice tenere & cum eis transire, etc.; & quod deterius est, quædam parva navigia & rasseria nuncupata in portu prædicto causa lucri tenentes & cum eis portum exercentes, ultra montanos (petentes) & limina sanctorum visitantes, nec non quadrupedia ac ceram, mel, ferrum & cætera ... prohibita, Rodanum transeundo & retranseundo, ac jura & emolumenta portus prædicti ... minuendo & conductoribus ipsorum rasseriorum minime juste appropriando pontanerosque dict. dominorum ... diversimode perturbando, & transire volentes ad transeundum ... indifferenter in huj<sup>{di}</sup> rasserii invitando, recipiendo & inde transducendo, licet navigia dicti portus essent ad transitum peracta, ac ipsos pontaneros in curia seculari Valentia multimode in questum de die in diem procurando, in processibus involvendo ac per rev. in Ch<sup>{o}</sup> pat. & dom. nost. d. Joannem de Pictavia mis. div. Valent. & Diensem episcopum & comitem, tunc arbitrum... electum..., capitulo ecclesiæ S<sup>{i}</sup> Petri non vocato, inadvertenter ac nulliter etiam post finitum compromissum in favorem ipsius universitatis & præjudicium ecclesiæ & dom<sup>{i}</sup> Cruceoli pronunciari & ordinari procurando...: quæ, ut dicebant, cedunt in ipsorum dominorum præjudicium non modicum & jurium dicti eorum portus diminutionem & justitiæ læsionem.... Hinc est quod anno salutiferæ Incarnationis Domin. M<sup>{o}</sup>CCCC<sup>{o}</sup>XXXII<sup>{o}</sup>, indict. XI<sup>{a}</sup> & die IX<sup>{a}</sup> mensis februarii, pontificatus SS. in Ch<sup>{o}</sup> pat. & dom. nos. d. Eugenii sup. provid. papæ IV<sup>{i}</sup> anno II<sup>{o}</sup>..., constituti personaliter supranomin. dom. Giraldus Basteti.. & discretus vir d. Joannes de Ulmeto, presbiter & procurator

ecclesiae S<sup>i</sup> Petri de Burgo, assistentibus cum eodem ac infra scripta tractantibus ac consentientibus egregiis viris dd. Pontio de Alto Vilarii, in legibus licenciato, praeposito ecclesiae Valentiae ac abbate & canonico ecclesiae praedictae S<sup>i</sup> Petri, Symone Messes, in decretis licenciato, vicario & officiali Valentiae, Jausserando Silvionis, sacrista ecclesiae Valentiae, canonicis dictae ecclesiae S<sup>i</sup> Petri, prout constat ... publ. instrumento recepto ... manu Bertrandi Alnulphi quond. notarii.. sub anno Dom. 1429 & die 27 mens. junii..., ex parte una, & hon<sup>les</sup> viri Maretus de Bello Castro & Joannes de Colomberia, syndici universitatis civitatis Valentiae, prout constat.. publ. instrumento recepto.. manu mag. Reynaudi de Sala not. sub anno dom. Incarn. 1432 & die 6 mens. decembris..., ex parte altera, assistentibus.. & consentientibus egregio viro Girauo Chabatii, legum doctore, assessore dict. sindicorum, necnon providis viris Claudio Ploverii, Joanne de Casta, Petro Magistri, Guilhelmo Sextoris, Petro Chinardi, mercatoribus, Joanne Michalha, Guillemo Cajani, Stephano Batilhionis & Antonio Novelli, consiliariis dictae universitatis pro anno praesenti seu loco consiliariorum deputatis, honorabilibusque viris Joanne de Salliente, Joanne de Genasio, Ludovico de Genasio, Joanne Palmerii, Antonio de Montecluso, Arnaudo Perolerii & Petro Champelli, mercatoribus & burgensibus civitatis praedictae...; quae quidem partes..., cupientes de questionibus & controversiis ante dict ... ad bonam, veram & amicabilem concordiam devenire..., compromiserunt altae & bassae.. in rever. in Christo patrem & domin. nostrum dom. Joannem de Pictavia, miser. div. Valent. & Diensem episcopum & comitem, ibidem praesentem & huj<sup>di</sup> compromissum in se gratis suscipientem..., dantes & concedentes, etc., etc. Acta fuerunt haec Valentiae, in aula magna domus solitae habitationis supra dicti dom. Jossierandi Silvionis, sacristae ecclesiae Valent..., praesentibus ibidem ven<sup>bus</sup> & egregiis viris dom. Guillemo de Pictavia, decano ecclesiae Valent., mag. Alphonsio de Polombario, magistro in medicina habitatore Valentiae, nobilibus Philippo Bastardo de Pictavia, Guinoto Salmia, Guillemo de Venonis, castellano Cruceoli, Petro Silvionis correrario Valentiae, providisque viris mag. Petro Bernardi, procuratore fiscali Valent., Joanne de Bergomasio, de Sancto Petro Valent. dioecesis, & Humberto Poleti, Valentiae notariis; & me Petro Gauterii, notario publ.--Postque vero, anno praedicto..., indict. & die supradict., paulo post recitationem compromissi supra scripti partes superius nominatae comparentes coram.. dom. Joanne de Pictavia, episcopo & comite Valent. & Dien., arbitro..., petierunt & humiliter supplicaverunt ... pronunciari sententiam & ordinari...; unde praelibatus d. noster episcopus & comes..., visis & auditis..., plenarie informatus ... pronunciavit & per suas arbitrales sententias in scriptis ordinavit ut sequitur: Imprimis, visa sententia arbitrari alias per ipsum dom. nostrum.. prolata, quia.. non constat dom. procuratorem & capitulum dictae ecclesiae S<sup>i</sup> Petri ... in ipsum episcopum compromisisse, nam post factum compromissum tunc inter dict. dom. Cruceoli & syndicos Valentiae prolata fuit inadvertenter sententia arbitrari..., igitur ex his & aliis rationalibus causis.. dict. sententiam.. de consensu partium perinde habuit, declaravit & ordinavit ac si numquam prolata fuisset; item pronunciavit ... quod quicumque ex burgensibus, incolis, piscatoribus & habitatoribus dictae civitatis Valent. & suburbiorum ejusdem tenentes ... in flumine Rodani rasseria, possint & eis licitum sit ... quoscumque ultra montanis & visitantibus limina sanctorum, non commorantibus in civitatibus vel dioecesi Valentin. & Diensi exceptis, Rodanum transire & retransire cum rasseriiis praedict., una cum rebus & mercibus quibuscumque usque tamen ad pondus pro quolibet & qualibet vice quod ad collum vel caput hominis faciliter de domicilio deferentis seu ad ipsum domicilium deferri poterit: proviso quod in hoc fraus non fiat, videl. quod chargia animalis per particulas non dividatur ad effectum fraudandi jura portus, & etiam proviso quod huj<sup>di</sup> rasseriorum conductores seu cum eis navigantes in qualibet passata ... ultra septem personas inclusis ipsis conductoribus simul transire non possint nec debeant, & hoc sub poena decem solid. monetae in Valentia pro tempore currentis.. totiens quotiens.. committenda & pro medietate eidem dom. episcopo & comiti ... & pro alia domino Cruceoli..., absque tamen alia poena seu multa, ratione inquestarum vel alia...; item pronunciavit..., quod praefati dict. rasseriorum conductores seu cum ipsis rasseriiis navigantes ... possint & valeant in dict. rasseriiis transire vitulos lactis, motones, oves, caprinos, agnos, porcellos & similia animalia & quadrupedia..., dict. dominis portus salvo quod ipsi dict. rasseriorum conductores seu cum ipsis navigantes jura & emolumenta, quae pontaneriis dominorum portus deberentur ratione portus seu passagii si in eorum navibus transivissent, ab illis qui huj<sup>di</sup> quadrupedia transire fecerunt exigere teneantur & illa jura & emolumenta integre sine fraude tradere & solvere teneantur pontaneriis dominorum portus..., & si illi quorum fuerint huj<sup>di</sup> quadrupedia in navibus dict. dominorum transire voluerint, hoc eis liceat pro suo libito voluntatis..., sub poena praedicta *ut supra*; item continuo pronunciavit ... quod domini dicti portus... & pontonerii eorumdem possint & valeant ac eis licitum sit in dicto portu habere & tenere pro exercitio dicti portus duas vel

plures naves, quarum major sit vel esse debeat latitudinis septem pedum & minoris necnon ut unum solum carratonum qui non sit minoris latitudinis quatuor pedum, & cum eis quoscumque volentes pedester vel equester Rodanum transire & retransire; proviso tamen quod in dicto carratono nisi esset latitudinis quinque pedum vel supra agnos vel alia grossa animalia similia transire non debeant neque possint, proviso etiam quod per naves & carretonum prædict. seu pontaneros dict. dominorum rasseria prædicta seu conductores ipsorum in suo transitu eundo & redeundo aut transire volentes recipiendo non impediunt in aliquo nec extra, sed hinc inde modis præmissis liber fiat transitus & regressus: cesset tamen ab utraque parte ... invitatio, sub poena decem solidor...; item, quia plerumque tam ex parte pontoneriorum dict. dominorum dicti portus quam etiam ex parte tenentium rasseria prædicta & cum eis navigantium plures excessus, fraudes, extorsiones & abusus committi solent super exactione mercedis eis debitæ ad causam transitus ejusdem portus, igitur ... prælib. dom. arbiter ... pronunciavit ... quod de cætero non liceat dominis & pontoneriis ... exigere ratione mercedis transitus ipsius portus a quocumque ex burgensibus, civibus, incolis & habitatoribus præfatis pedester Rodanum transeunte cum rebus & mercibus quas portaverit pro qualibet vice..., Rodano non existente excessivo, ultra tres denarios monetæ papalis pro tempore in Valentia communiter currentis, & a quocumque ... equester seu cum uno equo aut alio æquipolenti animali ... transeunte ultra duodecim denarios ejusdem monetæ, & pro quolibet grosso animali onerato mercantiis quibuscumque ultra duodecim denarios, similiter pro quolibet bove, vacca ultra sex denarios, & pro grosso animali porcino ultra tres denarios, & pro vitulo lactis ultra tres denarios, pro ædulis seu caprinis lactis unum denarium ejusdem monetæ, pro quolibet mutone & qualibet ove ultra duos denarios, pro qualibet vice...: quæ limitatio quantum ad extraneos nullatenus extendatur seu intelligatur, sed quoad illos ut est ab antiquo consuetum, excessu & extorsione evidentibus cessantibus, merces pontoneriorum per ipsos exigatur; Rodano pro excessivo existente vel extra rippas fluente vel urgente temporis asperitate, frigore, nemio seu impetu ventorum cessante, tunc prædicti pontonerii mercedem suam ... secundum temporis & laboris qualitatem sine alia limitatione, ut est ab antiquo consuetum, exigere possint & eis licitum sit, excessu & extorsione evidentibus cessantibus...; item pronunciavit ... quod non liceat tenentibus.. rasseria huj<sup>di</sup> a quocumque pedester in suis rasseris Rodanum cum bonis & mercibus ... transeunte, dicto Rodano non existente excessivo, ultra tres denarios monetæ supra dictæ exigere vel habere pro sua mercede...; item deinde pronunciavit ... quod de cætero perpetuo liceat dominis dicti portus & ... pontoneriis ipsorum ... libere & impune sua ... navigia in flumine Rodani secus dict. civitatem Valentiam in locis magis aptis tenere & in moeniis ripariæ dictæ civitatis totiens quotiens eis placuerit alligare & alligata tenere ac per portalia ipsius civitatis ad hoc apta ad dicta eorum navigia decentem & liberum aditum & gressum & regressum habere, & portum supradict. ibidem tenere, habere & exercere..., absque eo quod per universitatem ac burgenses ... præfatos ... in aliquo impediuntur, prædictæque universitatis burgenses, cives, incolæ & habitatores ab omni impedimento super hoc inferendo totaliter desistere teneantur; & si per dict. pontaneros ... seu navigia dict. dominorum in moeniis dictæ civitatis seu ripariæ ejusdem damnum aliquod inferatur, illud dicti pontonerii emendare teneantur, absque tamen eo quod super hoc inquestentur, nisi appareret quod scienter & malitiose ... intulissent; item subsequenter pronunciavit ... quod ... alia in eorum plenaria remaneant firmitate, absque alia novatione...; item continue pronunciavit ... quod quælibet dict. partium solvat & suportet suas expensas, damna & interesse ex controversiis prædict..., item postremo pronunciavit ... quod partes ... ordinata & declarata per ipsum in continenti laudent, approbent & emolgent, *quod & fecerunt*. Acta & recitata fuerunt hæc Valentiam, ubi supra..., præsentibus ibidem supra nominatis.. testibus.--Subsequenter, anno prædicto, xi<sup>a</sup> indict. & die xxi<sup>a</sup> mens. februarii..., ad quam quidem diem continuatum erat capitulum generale dictæ ecclesie S<sup>i</sup> Petri novissime celebratum, convenerunt in capella Sanctæ Catharinæ situata in claustro dictæ ecclesie, in qua actus capitulares ipsius ecclesie communiter consueverunt exerceri, ven<sup>les</sup> viri dom. Pontius de Altovillari, in iuribus legitime licenciatus, Joannes de Argento, Simon Messes, in decretis licenciatus, Guillelmus Martelli & Petrus de Sala, canonici capitulantes & capitulum ipsius ecclesie ... in absentia ven<sup>lis</sup> viri dom. Stephani Ploverii, in decretis licenciati, prioris ecclesie prædictæ, tunc in remotis agentis, tenentes & celebrantes, informati de pronunciationibus ... per dom. nostr. episcopum & comitem ... prolatis ... per lecturam notæ præsentis eisdem ... de verbo ad verbum lectæ & explicatæ, *eas*..., ad requestam Mareti de Bello Castro sindici & mag. Reymondi de Sala notarii Valentiam, procuratoris generalis dictæ universitatis..., laudaverunt, approbaverunt, emologaverunt & expresse confirmaverunt... Acta & recitata fuerunt hæc in dicta capella..., præsentibus ibidem discretis viris dom. Guillelmo de Claromonte, Petro Cuilionis, Petro de Carreria, presbyteris dictæ ecclesie, magg. Humberto

Polleti, Mathæo Locelli, notariis Valentiae, & Bertono Mathæi, habitatore in fusana dicti Burgi....

[A] Texte dans un cahier de 41 pag. in-4<sup>o</sup> suivi de la procuration donnée à Jean *de Ulmeto* par les chanoines du Bourg, le 27 juin 1429, & de celle confiée à Maret *de Bello Castro* & à Jean *de Colomberia* par les citoyens de Valence, le 6 décembre 1432, & précédé d'une supplique des «consuls, manants & habitants» de Valence en date du 29 août 1594.

\* \* \* \* \*

LXXVIII. 22 janvier 1443.

[*Tributa concessa levare per consiliarios Burgi*][A]

ANNO Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XLII<sup>o</sup>, indictione vi<sup>a</sup> & die xxii<sup>a</sup> mensis januarii..., venerunt ad præsentiam egregii viri dom. Damiani Sextoris, in legibus licenciati, ecclesie Valentiae præpositi & abbatis ecclesie Burgi, & etiam in præsentia ven<sup>o</sup> virorum dd. Joannis de Argento, Symonis Messes, decretorum doctoris, Guillermi Agarcelli, Joannis Perrini & Joannis Silvionis, canonicorum dictæ ecclesie Burgi, nomine dd. prioris & capituli dictæ ecclesie ... vocati, Reymondus de Vallibus, Bartholomeus Michaelis alias Berthole, sindici dicti Burgi, Berthonus Focherii, Joannes Mundonis, Guillermus Rege & Petrus Tachonis, dicti Burgi consiliarii, & Perononus Dorerii dicti Burgi, & eidem dom. præposito & abbati benigne requisierunt & supplicaverunt ... ut eisdem concederet tributa sequentia: primo, quoddam tributum appellatum communia, cum intrata vini, prout utitur in civitate Valentiae, ad & per xxiii annos die festi Natalis Domini proxime præteriti inceptos & finitos de dicta die in xxiii annis, pro clausura, fortificatione, reparatione, constructione & custodia dicti Burgi, & pro muris construendis, potissime cum omnibus emolumentis quæ ex dict. communia, intrata vini & indictis in macellis Burgi positus poterunt provenire durante dicto tempore, in dict. muris, fortificatione & ædificatione laudabiliter & utiliter applicabunt, etiam attento quod nihil habent in communi de quo possent supportare clausuram atque fortificationem huj<sup>o</sup> di. Qui quidem dom. præpositus & abbas, auditis dict. requestis tamque justis & consonis rationi, & etiam informati de prædictis ... & habita deliberatione cum supradict. dominis de capitulo ... & eorum consensu, dicta tributa communie & intratæ vini & indicti positi in macellis dicti Burgi pro fortificatione, reparatione & constructione dicti Burgi, ut supra, convertendi ac modo & forma quibus in civitate Valentiae levantur & exiguntur ac universitati prædictæ concessum extitit levandi, recuperandi seu vendendi dict. sindicis, consiliariis...; & per dict. d. abbatem & dominos dicti capituli... ante & post retentum, & per dict. syndicos, consiliarios & alios ibidem adstantes concessum: & primo, quod communia & intrata vini ratione tributis... concessi ... eidem dom. abbati & suis successoribus solvantur annuatim per dict. syndicos & eorum successores, videl. quinque floreni monetæ currentis in quolibet festo Natalis Domini; itemque nec dict. d. abbas neque sui successores ad nullam intratam vini ... infra dict. Burgum ponendi pro necessitate seu provisione vini banni sui vendendi in dicto Burgo annuatim, ut est de more, non teneatur prout non tenetur, nisi de vino quod remaneret in sotulo banni post venditionem dicti banni & de resta quæ debeat solvi intrata, fraude quacumque cessante. Et similiter domini de capitulo retinuerunt ... quod ipsi neque alii domini dictæ ecclesie neque ille qui emet quindenam vini dictæ ecclesie quæ venditur annuatim in dicto Burgo de mense augusti ad nullam intratam vini ... pro vino ponendo infra dict. Burgum pro provisione quindenæ vini teneantur prout nec tenentur, nisi de resta vini quod remaneret in taberna...; itemque ratione indicti... concessi, dicti sindici & eorum successores dicto d. abbati seu ejus bajulo & suis successoribus annuatim, dicto tempore durante, in dicto festo Natalis Domini teneantur solvere quinque florenos ... & dom. correario ecclesie dicti Burgi, cujus sunt linguæ & numbli de animalibus quæ venduntur in macellis dicti Burgi, attento quod essent plures macellarii qui non sunt de præsentibus, casu quo dict. indictum ... non fuisset positum haberetque plurimas linguas & numblos quam non habet de præsentibus, solvere teneantur annuatim ... XVIII grossos monetæ currentis...; & ulterius quod ultra prædicta recipiat ... a macellariis linguas & numblos., ut consuevit...; & ulterius quod dicti sindici teneantur solvere dicto d. abbati arreragia quæ eidem deberi poterunt ratione dict. v florenorum ab una parte & aliorum v floren. ab altera..., & similiter dom. correario dictæ ecclesie ... arreragia dict. XVIII grossorum, & de XX florenis concessis dicto d. abbati quando alias concesserat tributum macelli,

ipsos.. confessus fuit habuisse a dict. sindicis per manus Joannis de Fabrica ... Dicti syndici ... promiserunt ... De quibus ... Actum Valentiae, in domo hæredum egregii viri dom. Hugonis de Genasio quondam, decretorum doctoris & decani ecclesie Valentiae, scil. in aula bassa dictae domus, testibus presentibus ibidem discretis viris dd. Durando de Chabreiiis, Goneto Sautonis, Joanne Ferralhonis, presbyteris ecclesie Valentiae, & Stephano scutifero dicti d. præpositi & abbatis...; & mag. Humberto Polleti, notario publ. curieque Valentiae jurato....

[A] Copie de *vidimus* délivré par Félix Bouviac, juge de la cour du prieuré.

\* \* \* \* \*

LXXIX. (circ. 1440).

*Statuta venerabilis ecclesie collegiatæ S<sup>ti</sup> Petri Burgi Valentiae*[A].

.....

Nos procedi ad predicta juxta ipsius hodieline nostre assignationis formam tenoremque & mentem, sic nos memoratus episcopus, judex & commissarius, visis insuper articulis inquisitionibus super dicto statu ipsius ecclesie conceptis ac testium super eisdem debite examinatorum actestationibus aliisque dictis, propositis, productis, allegatis ac fieri requisitis & querelis supradictis, necnon aliis de jure videndis, sedentes pro tribunali more majorum, solum Deum & sanctas Scripturas, omni gracia, odio & timore postpositis, nostris pre oculis habentes, viaque regia & sine acceptatione personarum procedentes, & nichil de contingentibus in eisdem & circa ea obmictentes, sed servatis sollempnitatibus in talibus opportunis servarique debitis & solitis, Xpisti glorioso nomine, quod est supra omne nomen, devotissime invocato juxta Apostoli testimonium, dicentis quod in cujuslibet boni operis principio est nomen Domini nostri Jhesu Xpisti invocandum & signum sancte Crucis faciendum, dicentes: In nomine sancte & individue Trinitatis que sola est universorum principium, preter quod aliud inveniri non potest, Patris & Filii & Spiritus Sancti, amen; quia comperimus & legitime nobis constitit & constat dict. venerabilem ecclesiam Sancti Petri visitationis, correctionis & reformationis officio indigere, eapropter hiis & aliis justis de causis nos ad hec moventibus movereque debentibus, ad easdem nostras devenimus ordinationes in hunc qui sequitur modum: § IN PRIMIS statuimus & ordinamus quod ordinationes & cerimonias contentas & descriptas in quodam libro pergameno, disponentes de & super divinis officiis & horis canonicis & ipsas & ipsa concernentibus, de parte ad partem, verbo ad verbum, sillaba ad sillabam firmiter teneant, observent & actendant domini prior & canonici sive capitulum ac chorearii & alii omnes servitores dicte ecclesie, & unusquisque injunctum sibi officium in choro vel ecclesia bene & diligenter persolvat: quod si aliquis ipsorum deficiat, corrigatur celeriter & incontinenti per magistrum chori vel alium ad quem spectat, & quilibet deficiens ad ipsius magistri chori preceptum vel alterius juxta consuetudinem ecclesie obtemperet, quod si non fecerit distributionibus illius diei qua defecerit & non obtemperaverit privatus sit ipso facto & comuni dicte ecclesie cedat illa distributio. § 2) DE DIVINO OFFICIO PERSOLVENDO. Super divino officio persolvendo & quo tempore, quo quisque debet esse, qualiter etiam non licet vagari per [claustra] extra ecclesiam nec capitula tenere tempore divinatorum & de facienda tabula qualibet septimana vel mense, super omnibus istis & certis aliis divinum officium concernentibus precipimus efficaciter observari decreta sacri Basiliensis (concilii) inde edicta, quorum tenores sequuntur: Si quis principem[1] ... pena. Quo tempore quisque debet esse in choro ... usurpat. De hiis qui tempore divinatorum vagantur per ecclesiam ... cogatur. Irritacio consuetudinum contra hoc decretum & de his qui ratione officialitatis percipiunt distributiones. Omnes autem consuetudines, statuta aut privilegia que huic nostro contradicunt decreto, nisi forte majores adicerent penas, cassamus & irritamus, & presertim illam consuetudinem qua prepositi[2] ... percipiunt. De tabula pendenti in choro ... amictat. De hiis qui in missa non complent ... castigetur. De tenentibus capitula tempore.... Ne cultus impediatur divinus, prohibet ... lucentur. De spectaculis in ecclesia non faciendis ... permittant, quynimmo sic illos puniant quod & ipsis & ceteris terrorem incutiat. Item, quia per depositiones testium & informationes inde sumptas necnon per statuta & observantias ipsius ecclesie comperimus dd. priorem & canonicos diebus sollempnibus & majoribus

festivitatibus anni teneri, scel. ipsum dom. priorem ad interessendum & incohandum horas canonicas magnamque missam, transgressores per ... quinto. § 3) ITEM statutum est quod, quodcumque contigerit aliquem canonicum vel clericum Sancti Petri intrare aliquam religionem, assumendo ibidem habitum novitiatorum vel professorum, quod ipso facto chorum amittant & beneficio ipsius ecclesie perpetuis temporibus sit privatus & nunquam in dicta ecclesia ut clericus ipsius ecclesie de cetero admittatur, nisi secum per capitulum misericorditer fuerit dispensatum, § 4) ITEM, quod nullus apostata recipiatur in canonicum seu clericum hujus ecclesie: apostatam intelligimus qui recedit ab ordine sumpte religionis, quam professus fuit tacite vel expresse. § 5) ITEM fuit statutum quod quicumque de cetero creabitur in canonicum hujus ecclesie non ascendat nec installetur supra chorum nec habeat vocem in capitulo nec intret in capitulo nec percipiat in pertendis canonicorum morientium, nisi vicesimum annum etatis sue compleverit & in sacris ordinibus fuerit constitutus. § 6) ITEM, cum ecclesia indigeat diversis ornamentis & capis, ideo statuimus quod quicumque qui deinceps creabitur vel instituetur canonicus in dicta ecclesia solvere teneatur unam capam vel pro capa quadraginta florenos antequam aliquid percipiat in pertendis nec vocem habeat in capitulo nec incipiat suam residentiam. § 7) ITEM, quod quocienscumque canonicus de novo creabitur vel auctoritate apostolica recipietur in hac ecclesia, quod ipse jurare teneatur supra sancta Dei Euvangelia posita supra majus altare & ab ipso corporaliter tacta jura, res, bona, privilegia clericis necnon & familiam ipsius ecclesie manutenere, servare & deffendere suo posse, consuetudines, statuta & constitutiones hujus ecclesie justas, possibles, licitas & honestas, rationabiles & non obviantes libertati ecclesie tenere & observare, secreta capituli celare & secrete tenere & non revelare alicui qui non sit canonicus seu de capitulo. § 8) ITEM, quod canonici qui de novo creabuntur post creationem suam, antequam percipiant aliquid de divisionibus terrarum seu pertendarum canonicorum morientium, teneantur facere annuam residentiam personalem, saltem per modum inferius in nostris statutis contentum, ita tamen quod de toto illo anno in quo facient primam residentiam nichil percipiant de pertendis si contigerit aliquem canonicorum mori. § 9) ITEM, ipsi canonici ad hoc ut lucrentur octo sestaria frumenti, duas somatas vini, duos panes, duos capones & tres gallinas, teneantur in Burgo residentiam facere personalem & interesse in dicta ecclesia obsequiis & officiis divinis per tres menses, & qualibet die ipsorum trium mensium saltem in duobus horis principalibus diei, videl. in matutinis & altera missarum, vel altera missarum earumdem & vesperis, vel in matutinis & vesperis, ita quod qui intererit in altera missarum teneatur interesse & in processione, & ipsa residentia trium mensium conjunctim & per successivos dies fiat, videl. tempore Adventus Domini, in Quadragesima & mense Augusti: hoc nostro addicientes statuto, quod canonicus panaterius, duo curati, duo chorarii & alii chorarii dicte ecclesie qui per duas partes anni erunt & fuerunt residentes & personaliter intererunt obsequiis, officiis divinis in dicta ecclesia, saltim horis & temporibus quibus supra, percipiant videl. canonicus panaterius, ebdomadarius, curati & quilibet ipsorum octo sestaria frumenti, duas somatas vini, duos panes & tres gallinas, alii vero chorarii quatuor sestaria frumenti, unum panem, unum caponem, unam gallinam; addicientes etiam quod in aliis divinis & horis canonicis non defficiant, saltem illi duo primi cantores qui scribentur in tabula, sed intersint per se vel per alium cum aliis tenentibus chorum; volumus etiam unumquemque predicte ecclesie lucrari alias distributiones cothedianas diebus quibus intererunt personaliter obsequiis & officiis divinis ut supra. Si quis autem contra premissa vel aliquod ex eis contravenerit, nisi infirmitate aut alia legitima de causa examinanda per dict. canonicos excusetur, predict. suis distributionibus & fructibus applicandis communi predicte ecclesie sit eo ipso privatus nec possit capitulum super predicta residentia canonicorum vel servitorum dispensare, & quicquid factum fuerit in contrarium sit irritum & nullum ipso jure. § 10) ITEM fuit statutum quod illi canonici dicantur seu reputentur tantummodo residentes qui jacebunt de nocte & comedent semel saltim in die vel in prandio vel in cena in dicto Burgo vel parrochia dicti Burgi, & ad horas venient seu eis intererunt prout supra dispositum est. § 11) ITEM statuimus & ordinamus quod imposterum canonici, qui singulis annis in die beatorum Petri & Pauli apostolorum inceperint eorum residentiam & intererint officiis & horis divinis illa die ut supra, tales lucrentur partes suas bonorum canonicorum illo anno morientium & decimas agnorum, alias non; & si secus factum fuerit, irritum sit & inane. § 12) ITEM, quod quodcumque contigerit mori aliquem post festum apostolorum Petri & Pauli, quod omnes fructus & redditus obvenientes a dicto festo usque ad aliud festum proxime subsequens anno resoluta, quos quidem fructus, redditus dict. canonicus obtinebat in vita sua ratione canonicatus, percipiant & integre percipere debeant heredes seu exequutores canonici predicti defuncti pro debitis, clamoribus & legatis ipsius solvendis & sedandis ac ejus dispositione ultima attendenda, sic tamen quod de dict. fructibus & redditibus ante omnes alios creditores, conquerentes & legatarios ipsi ecclesie



satisfaciant & de debitis in quibus dicte ecclesie tenentur tempore mortis sue & legatis si que eidem ecclesie fecerit in ultima sua voluntate. § 13) ITEM statuimus & ordinamus quod in bonis decedentium canonicorum, si aliqua ad dividendum inter canonicos remaneant indivisa & ex post per alterum ex ipsis vel alium de ecclesia reperta fuerint, ille vel illi talia comperta revelare teneatur seu teneantur, sub pena perjurii, canonicis qui illa inter se dividant equis portionibus. § 14) ITEM fuit statutum quod quocienscunque contigerit aliquem canonicum mori extra civitatem Valentie ubicunque, per primo sero quo dicta mors erit certificata debeant pulsari tria clavicula cum omnibus signis seu campanis, & in crastinum debeat celebrari in majori altari dicte ecclesie una missa mortuorum pro anima ejusdem canonici, & post dict. missam fieri processio in cimisterio vel claustro. § 15) ITEM, quod nullus canonicus extra capitulum prestet consensum vel assensum alicui de qualicunque negotio ecclesiastico vel seculari pertinente seu tangente hanc ecclesiam sive capitulum, ipsius licentiam concedendo vel sigillum suum licentis apponendo vel promissionem per sacramentum faciendo, nisi prius sit positum & digestum in capitulo inter dd. canonicos de eorum mandato. § 16) ITEM statuimus quod nullus dict. dd. prioris & canonicorum faciat fraudem quovisimodo in emendo suo nomine rem aliquam, pro qua debeantur inde laudimia dicte ecclesie, ut rem ipsam postea remictat alteri, ut sic lucretur laudimia ipsa exinde sibi remissa favore sui: & si secus per quemquam ex dict. dd. priore & canonicis factum extiterit, talis teneatur infra mensem ex tunc computandum ad laudimia ipsa restituenda ipsi ecclesie seu communi ejusdem, & hoc sub pena excommunicationis quam incurrat ipso facto, a qua non possit absolvi donec restitutione ex integro per eum facta dicto communi eorumdem laudimiorum. § 17) ITEM fuit statutum quod si aliquis canonicus hujus ecclesie debuerit aliquid eidem ecclesie vel ratione anniversariorum ejusdem & monitus semel per correarium infra viginti dies satisfacere contempserit, ex tunc non intret nec vocem habeat in capitulo nec ad communes tractatus vocetur donec satisfecerit competenter. § 18) ITEM, quod amodo carta aliqua seu instrumentum aliquod continens contractum alienationis bonorum seu rerum ecclesie minime sigilletur nisi in capitulo generali, in presentia canonicorum. § 19) ITEM, quod pro sigillo litterarum institutionum, dimissoriarum, introitus chori aliorumque spiritualium & eidem annexorum nichil recipiatur, sed servetur decretum Basiliensis concilii super hoc providens, cujus tenor sequitur & est talis: «Sacrosancta[3] ... puniantur.» § 20) ITEM statuimus & ordinamus quod deinceps unus tantummodo ex canonicis eligatur correarius, qui queremonias audiat & justiciam ministret, ipseque sit thesaurarius & thesaurariam dicte ecclesie regat, prestetque in sui creatione juramentum super sancta Dei Evangelia in manibus canonicorum, quod bene & fideliter suo posse intendet super ipsis justitia & thesauraria & quod de omnibus tam canonicis quam aliis eque justiciam ministrabit & neminem indebite ledet sui officii pretextu, per quem volumus percipi unum modium vini secundum quod athenis consuetum est cum emulimento sigilli & aliis consuetis: ita quod si sit jurista in dicta ecclesia, illum volumus & ordinamus preferri in dicto officio, graduatum non graduato & magis graduatum minus graduato, nisi justa causa & rationabilis aliter suaderit. § 21) ITEM statuimus quod ab inde unam ex clavibus thesaurarie antiquior canonicus, aliam correarius & aliam major procurator vel alias dicte ecclesie juxta quod visum fuerit capitulo dicte ecclesie custodiant. § 22) ITEM, quod quocumque contigerit aliquem chorarium vel clericum, majorem tamen quatuordecim annis, de novo institui in hac ecclesia, prestet qui de novo instituitur juramentum quod ipse sit fidelis ecclesie & obediens priori & capitulo in licitis & honestis; clericali vero impuberes cum ad tempora pubertatis pervenerint, ad requisitionem procuratoris vel alterius predict. subeant juramentum. § 23) ITEM, quod epissardi capucium ... cape indua ... in Burgo vel civitate Valentie, nisi infirmitatis vel alia justa causa, de licentia magistri scholarum. § 24) ITEM, quod si canonicus exeundo vel intrando transitum per chorum faciat, omnes clericali de sub choro sedentes eidem assurgant canonico reverenter. § 25) ITEM *ut n<sup>o</sup> 3.* § 26) ITEM, quocienscunque vacare contigerit aliquod beneficium altaris in hac ecclesia, ad faciendum collationem dicti beneficii vocentur omnes canonici qui pro residentibus habeantur, nisi forent distantes a civitate Valentie per duas leucas. § 27) ITEM statuimus quod quilibet beneficiatus in ipsa ecclesia infra mensem a die adhepte pacifice possessionis sui beneficii de bonis tam mobilibus quam immobilibus ipsius beneficii inventarium teneatur conficere & illud ad custodiam infra alium inde sequentem mensem capitulo tradere: qui vero in premissis fuerit remissus, per capitulum seu correarium coherceatur. § 28) ITEM statuimus & ordinamus quod si contingat aliquam pecuniam reddi alicui rectori cujusvis cappelle dicte ecclesie cui pertineat, rector dicte cappelle infra mensem a die receptionis dicte pecunie numerandum, vocatis correario & procuratore dicte ecclesie ac cum consilio illorum, pecuniam eandem cum omni effectu studeat alibi in acquestum ponere ad utilitatem dicte sue cappelle, sin autem deponat in thesauro dicte ecclesie

communi vel in manibus procuratoris ejusdem custodiendam, quousque reperiat ubi alocetur & tradatur peccunia de consilio & consensu quorum supra: quod si is in cujus potestate devenit dicta peccunia in premissis fuerit remissus aut negligens, distributionibus suis cotidianis sit privatus quamdiu eo casu eandem peccuniam detinebit. § 29) ITEM statuimus quod procuratores ecclesie faciant fieri officia dd. canonicorum non residencium in dicto Burgo sufficienter & legitime, & solvant cuilibet facienti officium unius canonici sex grossos. § 30) ITEM statuimus ut supra quod deinceps dom. prior, canonici & alii servitores ecclesie contententes sive litigantes & habere pretendentes aliquas pertendas sive aliquam partem pertendarum vel jura suorum beneficiorum, & quas & que ipsi vel alter ipsorum asserant sibi pertinere & deberi suis sumptibus propriis & non de bonis communibus dicte ecclesie prosequantur. § 31) ITEM ordinamus quod deinceps magister clericorum, qui ipsos instruere habet, recipiat libram unius episcopi ultra libram suam ordinariam. § 32) ITEM, quod vacante canonicatu panaterie per cessum vel decessum, prohibemus abinde loco illius aliquem subrogari, sed jura que percipit cedent communi. § 33) ITEM statuimus & ordinamus quod, cum aliquod quodcumque beneficium dicte ecclesie vacaverit, conferatur habituato dicte ecclesie qui, si non fuerit sacerdos, prestet juramentum capitulo in manibus dd. a capitulo deputatorum vel deputandorum quod, cessante legitimo impedimento, infra annum se faciat ad omnes sacros ordines promoveri; & si tempore collationis sibi facte fuerit absens, teneatur & debeat postquam collatio huj<sup>di</sup> fuerit sibi nota vere vel interpretative venire ad residenciam personalem faciendam; sin autem eo ipso dicto sit privatus beneficio: si vero is cui jam est facta collatio sit de presenti vel fuerit in futurum quodcumque absens a dicta ecclesia, si post monitionem ut resideat in eum incontinenti fiendam non venerit infra duos menses residenciam cum effectu facturum, sit itaque eo ipso beneficio eodem privatus, nisi in scolis vel studio vel alia quavis justa, legitima de causa & rationabili sit absens, cujus examinatio capitulo pertineat, salvo semper jure patronorum cui non intendimus derogare. § 34) Item statuimus & ordinamus quod quocienscunque continget aliquam de personis dicte ecclesie excommunicari, nichil exigatur pro absolutione ab huj<sup>di</sup> excommunicatione occasione sigilli vel alia quacq. ultra sex denar. monete papalis pro qualibet die qua persisteret in ipsa excom<sup>ne</sup> si fuerit prior aut canonicus, & si fuerit chorarius aliusque servitor dicte ecclesie inferior vel alias de jurisdictione dict. dd. prioris & canonicorum tres denar. dicte monete & non ultra exigatur ut supra. § 35) ITEM statuimus & ordinamus quod nullus canonicus, presbiter, chorarius vel servitor ecclesie excommunicatus, quamdiu in excommunicatione persistet, nullam libram recipiat; & si per procuratores dicta libra, ipsa durante excom<sup>ne</sup>, persoluta fuerit, dict. procuratoribus in computis suis non intrant. § 36) ITEM ordinamus quod hospitia beneficiorum ecclesie, secundum ordinationem actenus factam per correarios dicte ecclesie super reparatione ipsorum hospitiorum, perficiantur & compleantur juxta dict. ordinationem & cum effectu reparentur infra duos annos, nisi emerit periculum ruine: quo casu celerius ovietur & provideatur per capitulum & illos quorum interest; qui vero huic nostre ordinationi cum effectu non paruerit, eo ipso per annum privatus sit fructibus sui beneficii a quo domus sive res reparanda dependet, sub pena valoris sui beneficii unius anni; addicientes insuper quod omnia que ordinata sunt per dict. correarios secundum sua inventaria compleantur infra dict. terminum sub eadem pena. § 37) Item, quia reperimus occulata fide argentum sive laminas argenti de uno cadrorum casse super altari magno situate necnon & de duabus crucibus & duobus bordonis argenteis fuisse subrectum & subrectas, ideo ordinamus quod predicta reparentur & ad prestinum reducantur statum, sumptibus & expensis dom. Johannis de Argento, tunc sacriste ecclesie, hinc ad proximum sestum Pasche: quod si non fecerit, ex tunc incontinenti procurator major ecclesie id fieri facere teneatur super prebenda & aliis fructibus ipsi d. Johanni pertinentibus, tantum sibi subtrahendo de illis quantitibus (quantum) pro factura & reparatione premissis necesse foret. § 38) Item, quia reperimus in cappella Beate Marie pillaria lesa & corrosa aulamque reffectorii minari ruinam & etiam cappellam Beate Caterine sellas seu sedes chori pre vetustate consumptas, ordinamus predicta reparari debere per procuratorem majorem infra annum, & hoc sub pena decem librar. applicandarum communi: non intendentes propter hec commune dicte ecclesie obligare quoad reparationem aliarum cappellarum nec trahi ad ullam consequentiam. § 39) Item ordinamus quod major procurator capituli reparet reparanda & necessaria in hospitali infra tres annos, sub pena predicta decem librar. § 40) Item, quia per visitationem nostram reperimus domum dom. prioris lesam & pati ruinam quasi in omnibus menbris suis, ordinamus quod infra tres annos dict. domum reparet, edifficet & pro quolibet anno dict. trium annorum imponat & implicet ad minus quindecim florenos, & deinde ultra usque ad plenam reparationem: alias emulimenta & fructus quos percipit ratione dicti sui prioratus ob defectum dicte reparationis non facte ponantur & reducantur ad manus capituli, quos per

presentes reducimus, & in dicta reparatione applicentur. § 41) ITEM ordinamus quod procurator reparet granerium capituli infra sex annos sic quod, si necesse foret, bladum debite possit in dicto granerio reponi. § 42) ITEM ordinamus quod procurator major reddat computum de bonis dom. Johannis de Ulmeto quondam infra annum & de reliquis e[mat] redditus juxta voluntatem testatoris. § 43) ITEM, quia reperimus canonicos suas pertendas augmentasse de sex libris annualibus ab antiquo spectantibus communi & inde pro illis debitam fecisse compensationem dicto communi, ordinamus quod denuo predictae sex libre pertendis dict. canonicorum sint & pertineant, & de illis computet major procurator: hoc addito quod si eveniant aliqua introgia ratione bajullarum, illa recipere possint secundum quod acthenus recipiebant ipsi canonici, dum tamen stipendia bajullarum non augmentent. § 44) ITEM statuimus & ordinamus, in hac parte approbando sententiam rev<sup>di</sup> in Xpo patris dom. d. Jo(hannis) de Pictavia, Valentin. & Diensis episcopi & comitis, arbitrantis quod terragia quorumcunque bladum & granorum pro tempore in quibusq. terris vacantibus, que tenentur & teneri consueverunt de directo dominio communis ecclesie Sancti Petri, ac in bajulliis ejusdem excrescentium pertineant pertinereque debeant pleno jure communi dicte ecclesie levanda, & per consequens recipiendaque & exigenda ipsius communis nomine per procuratorem granerii sepedicte ecclesie vel per alium ad opus ipsius communis, juxta ritum & modum ipsius ecclesie fieri solitum & consuetum; preter pronunciamus & ordinamus quod (si) quis ex canonicis dicte ecclesie vel alius quivis aliqua ex terragiis ipsius ecclesie predict. exigerit & fuerit eidem communi obnoxius, actio contra eum & ejus successores & heredes ex integro salva remaneat dicte ecclesie seu communi ejusdem & procuratori ecclesie generalis, qui procurator teneatur exigere. § 45) ITEM, incitando officium prelibati rev<sup>di</sup> in X<sup>o</sup> patris & dom<sup>i</sup> d. Jo. de Pictavia, Dei favente clementia episcopi & comitis Valentin. & Diensis, statuimus & ordinamus quod prefatus rev. in X<sup>o</sup> pater & ejus successores, tam auctoritate dicte SS. sinodi quam sua ordinaria, faciat & faciant cum effectu dicta nostra, imo verius SS. sinodi, statuta inviolabiliter observari in casu negligentie, non observationis ipsorum & quotiens negligentia chorrearum sive capituli intervenerit, sub duplo penarum in dict. statutis contentarum sue helemosine applicandarum, per censuram ecclesiasticam si viderint expedire, sibi dictisque suis successoribus ad hec nostras vices subdelegamus;... revocamus, irritamus penitusque & annullamus quecumque statuta dict. ecclesie S<sup>i</sup> Petri de Burgo jam facta....

[A] Texte établi d'après 3 peaux de parch., chacune sans commencement ni fin, débris de l'original qui ont dû être taillés pour servir de couverture, & complété à l'aide d'une copie du XVII<sup>e</sup> siècle (10 p. 1/2 gr. form.) qui porte au dos: «Ce sont les Estatuts de l'Eglise colegiale de S<sup>t</sup> Pierre employés pour faire voyr que cellut qui est receu chanoyne de l'esglise ne peut participer aux partandes ou prebandes des chanoines decedés qu'il n'aye 25 ans, constitué dans les ordres sacrés.--PEYSSON.»-- Pour fixer la date de ce document, dont les notes chronologiques ont disparu, il faut user des synchronismes offerts par le concile de Bâle, au nom duquel les statuts furent promulgués, & l'évêque de Valence & Die, Jean de Poitiers.

[1] Voir ces textes (moins corrects) dans LABBE & COSSART, *Concilia*, t. XII, c. 553, § 3, 4 & 6.

[2] Ibid., c. 553-4, § 4, 7, 8, 10 & 11.

[3] Ibid., c. 552, § 1.

\* \* \* \* \*

LXXX. 5 janvier 1463.

*Dotatio et fundatio unius missæ perpetuæ et quotidianæ per gener. et pot. virum dominum Crussoli fundatæ solemniter in organo in ecclesia collegiata S<sup>ti</sup> Petri de Burgo Valentia ad honorem gloriosæ virginis Mariae[A].*

IN nomine Domini nostri Jhesu Xpisti, quod nomen in æternum sit benedictum, & anno Salutiferæ Incarnationis ejusd. Dom<sup>i</sup> 1461 & die 5<sup>a</sup> mensis januarii, ser<sup>mo</sup> principe & domino nostro Ludovico Dei gracia Francorum rege ac delphino Viennensi regnante, pontificatusque SS<sup>mi</sup> in Xpisto

patris & dom<sup>i</sup> nostri Pii divina providentia papæ II<sup>i</sup> anno quarto, coram nobis ... personaliter constituti Joannes de Balmis & mag. Robertus Jovenelli, procuratorio nomine dicti domini de Crusseolo, ... ex una & ven<sup>les</sup> viri dd. Guillelmus de Montemeyrano, prior, & Petrus de Sala, canonicus dictæ ecclesiæ collegiatæ Sancti Petri..., nomine dictæ ecclesiæ..., ex altera partibus, quæ quidem partes ... ad institutionem, fundationem & dotationem quotidianæ perpetuæque missæ præmentem. processerunt in hunc qui sequitur modum: in primis præfati dd. prior & canonicus ... statuerunt, decreverunt & ordinaverunt quod ob piam devotionem & laudabilem intentionem ipsius domini de Crusseolo in ejusque & suorum progenitorum ex eadem clara stirpe de domo de Crusseolo omniumque parentum, affinium & amicorum suorum omniumque fidelium defunctorum remissionem peccatorum & animarum salutem perpetuo singulis diebus celebretur una missa de officio beatæ Mariæ virginis solemnis per unum sacerdotem habituatum ejusdem ecclesiæ cum diacono & subdiacono & per chorum & suo turno cum cantoribus & organo, secundum ritum ecclesiæ & temporis cursum solemniter quod fieri poterit, scil. in dicta capella Beatæ Mariæ, videl. per dom. priorem & canonicos, etiamsi resideant in civitate Valentia, & chorarios presbiteros in eadem ecclesia residentes & unum portaliū per turnum suum per chorum, incipiendo a priore qui est major & subsequenter per canonicos & chorarios, secundum ritum & ordinem dictæ ecclesiæ: ita tamen quod si prior aut canonicus suo loco & ordine ipsam missam non posset vel nollet celebrare, debeat illam celebrari facere loco sui per alium ex ipsis dd. canonicis; si vero nullus ipsorum canonicorum hoc facere vellet aut non posset, faciat illam celebrari per unum ex chorariis dictæ ecclesiæ in ea residentibus, & eo casu non plus percipiet ipse chorarius missam celebrans quam faceret in suo ritu vel ordine si pro ipso celebraret; item in ipsa missa quotidiana intererunt duo ex ipsis habituatis dictæ ecclesiæ cantores de organo, unus scil. pro tenore & alius pro contra, cum quatuor ex clericulis puerilem vocem habentibus pro cantando loquens idoneis & sufficientibus per capitulum eligendis; item tandiu quandiu durabit ipsa missa sint & existant esseque debeant duo cerei incensi & ardentes in duobus candelabris super altari prædicto ponderis cujuslibet dimidiæ libræ cereæ; item dum & quando elevabitur Corpus Xpisti duo interticia seu fascis cereæ luminabuntur seu incenduntur & tenebuntur ipsa elevatione durante incensæ & ardentes; item ipsa missa celebrabitur modo prædicto & ordine, & quod celebrari perpetuo debeat per dict. dd. habituatos dictæ ecclesiæ & ad præmissa faciendum ipsi omnes & quilibet ipsorum servitium prædict. facere & complere promittent seque & successores obligabunt; item, ut magis solemnis seu solemniter ad honorem Dei & ipsius gloriosæ virginis Mariæ celebretur, inter primam & tertiam horas quotidie celebretur & nulla alia solemnia interim celebrentur officia nisi ipsa missa prius dicta; & ut volentes interesse, devotionem habentes aut interesse debentes hora primæ & officio ejusdem celebrato in ecclesia, ipsi domini de capitulo per eorum maniglerium aut alium ad ea commissum pulsari faciant seu dari xx<sup>ii</sup> v<sup>a</sup> ictus sive clos grossæ campanæ dictæ ecclesiæ, & taliter quod habitantes in civitate Valentia exaudire & venire valeant ad dict. missam; item, quod celebrabitur & celebretur diebus solemnibus & festivitibus solemnibus ejusdem Virginis gloriosæ, apostolorum, dominicalibus diebus cum majori solemnitate & tractu quod fieri poterit; item quod dicta missa celebrata, sacerdos celebrans submissa voce ante altare, versa facie ad populum commemorationem mortuorum faciet, videl. dicendo *De profundis* & cum clericorum responsione, cum oratione defunctorum *Inclina Domine*, cum Fidelium omnium defunctorum, & pro signanter domus prædicta de Crusseolo redemptione, cum aspersione aquæ benedictæ quam dicti clerici seu deservientes aut alter ipsorum dicto sacerdoti ministrabunt; item pro qualibet missa singulis diebus dabitur sacerdoti celebranti ipsam missam, videl. priori vel canonico unus grossus & octo denarii monetæ pro tempore currentis, chorario unus grossus, diacono octo denarii, subdiacono quatuor denarii, cantoribus vero scil. illi qui faciet la tenor quatuordecem denarii & tantumdem illi qui faciet le contra, cantoribus vero cantantibus loquens scil. cuilibet ipsorum quatuor clericorum sex denarii, item maniglerio qui grossam campanam clochabit, ut dictum est, tres floreni pro quolibet anno, procuratori vero majori dictæ ecclesiæ pro labore suo impendendo in recuperando, distribuendo & tabulam faciendo & alias, videl. quinque floreni pro quolibet anno, item pro suportantibus expensas necessarias in fascibus & cereis superius pro servitio dictæ missæ ordinatæ, quindecim floreni ipsi procuratori seu illi qui ad administrandam dict. luminariam per ipsum capitulum fuerit deputatus singulis annis; item, ipsi domini de capitulo omnes insimul capitulariter nomine dictæ ecclesiæ onus prædict. suscipient & adimpleturum promittent, & protectores ejusdem se constituent nunc & infuturum per modum universi, & facient de superabundanti pro majori & perpetua observantia promitti per chorarios presbiteros ejusdem ecclesiæ & sub obligatione ... Et quia spiritualia fine temporali dominio subsistere non possint nec bovis alligandum est contra (os?) tritulantis, ex quo leviticis &

sacerdotibus veteris legis etiam panis propositionis sacra pagina cavetur ad illorum sustentationem oblati, ideo pro liberatione & distributione praedict. pro ipsa missa fiendis & illarum continua & perpetua supportatione, ipse dominus de Crusseolo decreverit ... ad praemissa erogare & donare perpetuo de bonis suis, ex quibus praedicti missam celebrantes & in ejus solemnitate assistentes ... necessaria sustentatione foveantur perpetuo, ut ipsum celebre officium facere & preces devotius & attentius Altissimo infundere habeant, ideo praedicti Joannes de Balmis & mag. Robertus Jovenelli..., ut praemissa adimpleantur & observentur perpetuo & de novo ipsius domini de Crusseolo ad laudabilem & votivum deducatur effectum, dederunt & donaverunt, cesserunt & remiserunt perpetuo penitus & quittaverunt atque desamparaverunt eisdem capitulo & ecclesiae;... omne jus & actionem, petitionem, obligationem & hypothecam quas & quod habet ipse dominus de Crusseolo ... in & super consulibus seu sindicis seu universitate civium & habitatorum Valentiae ... ex causa emptionis pensionis ducentorum floren. pensionalium anno quolibet per ipsam communitatem & particulares ... in solidum praestandorum, pretio mille quingentorum scutorum auri per ipsum dominum de Crusseolo ab eisdem emptae, constante publ. instrumento..., usque ad summam duntaxat mille & centum scutorum quoad pretium praedict. & centum quadraginta sex floren. octo grossor. debitorum secundum rotam praedicti pretii ex dicta pensione, ad rationem ipsorum undecim centum scutorum, cum o<sup>i</sup> jure & actione..., nihil ... sibi retinendo, sed in ipsos dd. priorem & capitulum ... transferendo...; mandantes dicti cedentes ... dict. sindicis ... quatenus ratam pensionem praedict. eidem ecclesiae seu iconomo ejusdem annis singulis persolvant..., retento tamen ... quod dicta rata pensionis annuatim impleatur in distributionem & liberationem superius ordinatas, residuum vero quod supererit cedet & implicabitur ad supportationem aliarum expensarum & onerum tam pro indumentis sacerdotalibus & aliis nec non calicibus, libris aliisque necessariis ad servitium & decorem dictae missae, item quod ipsi dd. servitores dictae ecclesiae teneantur & debeant eorumdem devotis suffragiis & orationibus, horis canonicis, missis & aliis divinis officiis per eosdem ... in eadem ecclesia celebrandis participes facere ipsum dominum de Crusseolo nec non nobilem (&) egregiam dom. Helidem de Lastic, ejus matrem, hujus foundationis & dotationis conductricem, ac etiam egr. dom. Joannam de Levis, ejusdem domini de Crusseolo conjugem, & eorum progenitorum & posterorum, de quorum salute & redemptione animarum in eisdem suis sacrificiis & orationibus preces infundere memoriam habere velint perpetuo in ecclesia memorata, item quod praemissa authorisari & confirmari debeant per summum pontificem, sumptibus tamen propriis ipsius domini de Crusseolo..., ad ipsarum partium supplicationem...; item fuit actum ... quod praemissa debeant ratificari ... per dict. dominum de Crusseolo & etiam per dict. capitulum...: quae omnia promiserunt per sua juramenta ... ad sancta Dei Evangelia praestita ... attendere perpetuo & observare..., supponentes se... De quibus... Acta fuerunt haec Valentiae, in domo conventus Fratrum Minorum, in camera fratris Aymonis de Hugone, praesentibus ibidem egregiis viris dom. Joanne de Mercatis, consiliario delphini & secundo praesidente in curia parlamenti Delphinatus ac iudice regio Vivariensi, Petro Mileti, legum doctore, nobilibus Auberto Fabri, notario Cabeoli, Colino de Vermont, castellano Stellae, magg. Laurentio Chamboni de Stella, Garanthono de Jauta, Valentiae habitatore, notariis, testibus ... G. Jauta, J. de Vergomas.

[A] Copie du XVII<sup>e</sup> siècle altérée.

\* \* \* \* \*

LXXXI. 12 janvier 1508.

*Fundatio et erectio unius misse cothidiane*[A].

IN nomine Domini, amen. Noverint univ. ... quod anno beatissime Incarnationis ejusd. Dom<sup>i</sup> mill<sup>o</sup> quingentesimo septimo & die duodecima mensis januarii, ser<sup>mo</sup> principe & domino nostro dom. Ludovico Dei gratia Francorum rege, Viennensis dalphino, feliciter regnante, apud ecclesiam colegiatam Sancti Petri de Burgo Valencie, in cappitulo dicte ecclesie, in quo erant cappitulariter congregati, de licentia & mandato egregii dom. Francisci de Beranis, prioris dicte ecclesie, ven<sup>les</sup> & egr. viri dom<sup>i</sup> Franciscus de Beranis, prior, Johannes de Bello Castro, Johannes de Charentygia, Lantelmus Magnani & Reynaudus de Genasio, canonici dicte ecclesie..., personaliter constitutus ... hon<sup>lis</sup> vir Johannes de Cumbis, mercator & burgensis civitatis Valentie, actendens & considerans nichil salubrius posse quam Deo omnipotenti & beatissime virgini

